Johannes Teutonicus. Apparatus glossarum in Compilationem tertiam. Ed. Kenneth Pennington. Monumenta iuris canonici, Series A, 3. Città del Vaticano: Biblioteca Apostolica Vaticana, 1981.

⟨JOHANNIS TEVTONICI APPARATVS IN COMPILATIONEM TERTIAM⟩

INNOCENTIVS *seruus*: ⌜Licet hic te appelles seruum seruorum dei, altius tamen intonas, cum dedignaris dici uicarius Petri, ut infra de translat. episc. Quanto,[1] et a Ieronimo appellaris successor piscatoris, xxiiii. q.i. Quoniam uetus.[2] jo.⌝ *ad cautelam*: Tamen, licet non sit in hac compilatione, si tamen apparet bulla uel si est insinuata publice, recipitur, ut infra de fide instrum. Pastoralis,[3] uel etiam si inter alias decretales pro decretali est habita, arg. xx. q.i. Quem progenitores[4] et arg. infra de paroch. Coram, ibi, 'Sic agebat' et cetera.[5] jo.

⟨LIBER PRIMVS⟩

1. DE CONSTITVTIONIBVS

1. CVM OMNES *libertate*: Verum est quod in percipiendis stipendiis non habetur ratio personarum, an sint nobiles uel ignobiles, nec enim persone honorabili plus conferendum est, unde alii scrupuloso corde moueantur, ut xvi. q.vii. c.i. et secundum apostolum quorumdam remissio aliis

---

Innocentius 1-4 Licet – jo. A PAbMd : *om.* CVcLrM, *sequenti glossae* (*s.v.* 'ad cautelam') *iungunt in fine, omisso ibi lemmate* FGHLLuS 1-2 Licet – Petri] Licet hic se appellet seruum dei, tamen infra dicit quod non puri hominis, set dei uicem gerat in terris N, Licet hic te appelles seruum Petri FGHLLuS 1 seruorum dei] Petri PMd, Patri Ab (*cf.* FGHLLuS) 2 altius] alicubi PMd Petri] Patri Ab 3 a Ieronimo] mere immo *vel aliquid simile* FGHLLuS 5 si est] sit PC, sic FLLu, *om.* Vc 7 et arg. *om.* PCVc, et *om.* LLu

---

[1] 3 Comp. 1.5.3 (X 1.7.3) [2] C.24 q.1 c.25 [3] 3 Comp. 2.13.3 (X 2.22.8) [4] C.20 q.1 c.6 [5] 3 Comp. 3.22.1 (X 1.29.34 post n.30 Friedb.)

non debet esse tribulatio, ut xxv. q.i. § Hiis ita, in fine,[1] nec nobilis preponitur ignobili, extra.iii. de appell. Constitutis,[2] nec refert unde originem duxerit, ut infra de instit. Ad decorem,[3] et dummodo laudabiliter quis exequatur officium suum, ex abundanti queritur de natione sua, ut infra ne clerici uel monach. c.i.[4] et ex eadem societate non debet unus plus consequi quam alter, ut ff. pro socio, Verum § Si cum tres.[5] Set contra: Secundum locum et meritum persone conferende sunt dignitates, ut xii. q.ii. Vulterane et c. sequenti[6] et i. q.ii. Clerici,[7] 'et ille gradu ceteros antecedit quem labor prolixior et stipendia longiora fecerunt anteire', ut lxi. di. Miramur,[8] C. de offic. magist. offic. l.ii.[9] et nobilis preponitur ignobili, ut in authen. de defen. ciu. in principio,[10] et clerici maiorum ordinum preponuntur aliis in stipendiis, ut lxxiiii. di. c. ultimo.[11] jo. *consuetudinem*: Eque enim punitur transgressor consuetudinis ut legis, ut xi. di. Ecclesiasticarum,[12] infra de regula. Exposuisti.[13] Licet enim de consensu maioris partis possit immutari consuetudo ecclesie etiam iuramento firmata, ut supra de hiis que fiunt a maiori parte cap. Cum in cunctis, lib. i.[14] et licet absentes teneantur sequi statuta presentium, ut x. q.ii. Hoc ius[15] et ff. de pact. Rescriptum,[16] hic tamen seruandum non erat, quia lex non est statuenda pro priuata utilitate, ut di.iiii. Erit,[17] item quia ex hoc statuto sequeretur repugnantia. Sequeretur enim quod successor minus iuris haberet quam ille in cuius locum successit, et sic non esset uera successio. Arg. contra hec ff. de coll. bon. l.ult.[18] ubi fit collatio bonorum natis, set non illis qui sunt nascituri. jo. *uti eodem*: simile xix. di. Si Romanorum,[19] supra de appell. An sit deferendum, lib. ii.[20] iiii. q.iii. Si quis testibus.[21] jo.

1.1 6 Constitutus (3 Comp. 2.19.3 [X 2.28.45]) *male codd.* 7 quis laudabiliter *tr.* PCVc L 8 natione PCVcAbMdLr L N : natiuitate A, ratione F^{ac}LuS, nomine HG, donatione (*male pro* de natione) M sua] eius L, *om.* FLu 12-13 antecedet PCVc 13 fecerint FLLu 14 offic. l.ii.] milit. l.i. PVc, milit. l.ii. C (Cod. 1.29.1 *vel* 2, *male*) 16 lxxiiii. PCVc : lxiiii. A, lxiii. FLu, lxxiii. L (D.63 c.36, D.64 c.8, D.73 c.2 *male*) 18-20 Licet – firmata ut *om.* F 19 maioris] sanioris PCVc mutari LLu 26 hec] hoc FL 27 simile *om.* PC 28 lib. ii. *scripsi*: lib. i. A Ab FLLu, *om.* PCVcMd 29 jo. *om.* PCVc FLLu

---

1.1 [1] C.25 q.1 p.c.16 [2] 3 Comp. 2.19.4 (X 2.28.46) *cf. gl.* Jo. s.v. 'qui potentior' ad loc. [3] 3 Comp. 3.7.1 (X 3.7.5) [4] 3 Comp. 3.38.1 (X 2.1.16) [5] Dig. 17.2.63(64).5 [6] C.12 q.2 c.25 et 26 [7] C.1 q.2 c.10 [8] D.61 c.5 [9] Cod. 1.31(34).2 [10] Auth. 3.2 (Nov. 15).1 pr. [11] D.74 c.9 [12] D.11 c.5 [13] 3 Comp. 3.24.5 (X–) [14] 1 Comp. 3.10.1 (X 3.11.1) [15] C.10 q.2 c.2 [16] Dig. 2.14.10(11) [17] D.4 c.2 [18] Dig. 37.6.12 [19] D.19 c.1 [20] 2 Comp. 2.19.17 (X 2.28.42) [21] C.4 q.3 c.3 § 42

2. QVE IN ECCLESIARVM *pietatis*: Pretextu pietatis non est committenda impietas, ut xxx. q.i. Nosse.[1] *alienandi feudum*: Qui feudum alienat cadit a iure feudi, et dominus illud alii potest concedere, ut infra de feudis c.ii.[2] Nec feudum potest dari in dotem, nisi adsit uoluntas domini, ut infra de dote post diuor. rest. Nuper,[3] sicut nec usufructuarius potest usumfructum uendere irrequisito domino, ut instit. de usu. et hab. in principio,[4] et in hoc differt feudatarius ab emphiteota, quia emphiteota potest in perpetuum uendere emponemata sua, ut C. de iur. emphit. l.ii.[5] *assensu*: Non tamen sufficeret omnium consensus, quia alienatio facta consensu omnium citra formam debitam nulla est, ut xii. q.ii. Sine exceptione.[6] C. de sacrosan. eccle. Iubemus, in fine.[7] Set si omnis forma esset seruata, et lesa esset ecclesia, posset restitui, set teneret alienatio, ut supra de hiis que fiunt ab episc. Cum nos, lib. i.[8] supra de empt. et uen. c.ult. lib. i.[9] jo.

3. SICVT NOSTRIS *episcopales redditus*: qui numquam sunt alienandi siue sint de mensa episcopi siue non, ut supra de rebus ecclesie alien. uel non Vt super.[1] *minorari*: Redditus episcopales possunt minui ad tempus uite alicuius, et talem alienationem non potest successor reuocare, ut xvi. q.vi. c.ult.[2] et q.i. Possessiones.[3] Et talem alienationem solus episcopus potest facere sine consensu canonicorum, ut infra de hiis que fiunt ab episc. Cum apostolica, in fine,[4] set perpetuo non potest alienare sine consensu capituli, ut infra de donat. Pastoralis.[5] Et licet episcopus de auctoritate capituli possit alii rem dare de mensa episcopali, tamen ipsi capitulo non potest, quia ⌜capitulum non potest⌝ interponere auctoritatem proprio facto, sicut nec yconomus suo facto, ut x. q.ii. Hoc ius,[6] nec tutor proprio facto, ff. de auc. tut. l.i. et l. Pupillus,[7] nec prelatus successori

---

2 4 dari potest *tr.* PCVc, potest dare LLu, dare potest F 5 usufructuarius] usurarius P^{pc}Vc 7 quia *om.* L, quia emphiteota^2 *om.* FLu 8 emphitheonemata FLu, emphitheomata L l.ii.] jo. *add.* PCVc 9 consensus – facta *om.* Vc (*homoiotel.*) 9-10 omnium consensu *tr.* PC 11 forma omnis *tr.* FLLu esset seruata] formata esset F^{ac}L^{ac}Lu 13 nos] nos c.i. PC, nos c. Vc

3 4 non potest *post* reuocare *tr.* PCVc 8 consensu capituli] c. PC, e. Vc 9 episcopali] episcopi L^{ac}Lu 10 capitulum non potest PVcLrM FLSH N : episcopus non potest AbCMd, episcopus *tantum* A, capitulum non GLu 12 successori *om.* PCVc L

---

2 [1] C.30 q.1 c.3 [2] 3 Comp. 3.16.2 (X 3.20.2) [3] 3 Comp. 4.15.2 (X 4.20.6) [4] Inst. 2.5.1 [5] Cod. 4.66.2 [6] C.12 q.2 c.52 [7] Cod. 1.2(5).10 [8] 1 Comp. 3.9.3 (X 3.10.3) [9] 1 Comp. 3.15.4 (X 3.17.3)

3 [1] 2 Comp. 3.10.1 (X 3.13.8) [2] C.16 q.6 c.7 [3] C.16 q.1 c.61 [4] 3 Comp. 3.11.1 (X 3.10.7) [5] 3 Comp. 3.18.4 (X 3.24.7) [6] C.10 q.2 c.2 [7] Dig. 26.8.1 et 5

suo, infra de instit. Cum ad nostram,[8] unde nulla ecclesia potest aliquid dare episcopali ecclesie de auctoritate episcopi, ut xvii. q.iiii. Questi.[9] Vel dic quod episcopus donationem suam confirmare potest sicut electionem quam ipse facit confirmat, infra de elect. Cum inter.[10] Arg. ad hoc, lxiii. di. In synodo,[11] ff. de adopt. Si consul.[12] Arg. contra infra de fide instrum. c.i.[13] jo. *iuratione incauta*: Sic patet quod si aliquis in mortali delicto existens promotus fuerit, non remouetur, ut infra de tempor. ord. c.ii.[14] et supra de elect. Cum te, lib. ii.[15] et l. di. Quicumque[16] et infra de renun. Nisi,[17] et est contra illud, lxxxi. di. Quicumque[18] et xxiiii. di. c.ult.[19] l. di. Ex penitentibus.[20] Et sicut huiusmodi temeraria iuramenta non repellunt a promotione, sic nec priuant aliquem beneficio, ut supra de iureiur. Insinuatum, lib. i.[21] nec repellunt a testimonio, ut supra de testi. Intimauit, lib. i.[22] et supra de presumpt. Peruenit, lib. ii.[23] Et pro tali temerario iuramento non imponitur penitentia, nisi unius anni, ut xxii. q.iiii. Qui sacramento.[24] Item inuenio quod existens in mortali admittitur ad accusandum, licet non in propria causa, ut v. q.i. Quidam.[25] De hoc autem non est dubium quod si aliquis in leui crimine existens fuerit promotus, quod non deponitur, ut lxviii. di. c.i. Que autem crimina inducant depositionem, et quid iuris sit de hac materia, plene notaui xv. q.ult. in summa.[26] Item habes hic quod sede uacante potestas non residet penes capitulum, et xii. q.ii. Si qua[27] et infra ne sede uac. Nouit,[28] licet in quibusdam resideat penes capitulum, ut supra de heret. Ad abolendam[29] et supra de elect. Quod diligentia, lib. i.[30] jo. *iuramentum non*: xxii. q.iiii. Inter cetera.[31] *nostra suffultus auctoritate*: Quia sua auctoritate non posset cum indebite alienauit, ut xii. q.ii. Monemus,[32] immo item potest, xii. q.ii. Non liceat.[33] ff. quorum leg. l.i. § Quod ait.[34] jo.

---

15 suam donationem potest confirmare *tr.* PCVc 16 fecit LLu^{ac} confirmat] conferre F^{ac}L^{ac}Lu 18 jo. *om.* PCVc si *scripsi cum* A^{pc} Ab : *om. cett.* 19 promotus] si *praem.* PCVc 21 xxiiii.] xxiii. A (D.23 c.33 *male*) 22 huiusmodi] ius Lu, *om.* FL 23 priuant] priuatum PC^{ac}Vc 24 repellit CVc 26 nisi penitentia *tr.* PCVc 28 in *om.* PVc 30 lxviiii. FLLu 35 *gl. s.v.* 'non iuramenta' FL xxii. q.iiii. Inter cetera *scripsi cum* F^{pc}L^{pc} : xxiiii. q.ii. Insinuatum A F^{ac}L^{ac}Lu, xxii. q.iiii.(iii. P) Insinuatum PCVcAbMd 36-38 Quia sua – ait. jo. *om.* C 37 cum] eum FLu alienauerit Vc L, alienare FLu 38 jo. *om.* PVc

---

8 3 Comp. 3.7.4 (X 3.7.7) 9 C.17 q.4 c.41 10 3 Comp. 1.6.6 (X 1.6.21) 11 D.63 c.33 12 Dig. 1.7.3 13 3 Comp. 2.13.1 (X 2.22.6) 14 3 Comp. 1.9.2 (X 1.11.10) 15 2 Comp. 1.3.4 (X–) 16 D.50 c.56 17 3 Comp. 1.8.4 (X 1.9.10) 18 D.81 c.5 19 D.24 c.7 20 D.50 c.55 21 1 Comp. 2.17.5 (X–) 22 1 Comp. 2.13.18 (X 2.20.18) 23 2 Comp. 2.15.1 (X 2.21.4) 24 C.22. q.4 c.11 25 C.5 q.1 c.2 26 C.15 q.8 a.c.1 27 C.12 q.2 c.42 28 3 Comp. 3.9.1 (X 3.9.1) 29 1 Comp. 5.6.11 (X 5.7.9) 30 1 Comp. 1.4.14 (X 1.6.5) 31 C.22 q.4 c.22 32 C.12 q.2 c.18 33 C.12 q.2 c.20 34 Dig. 43.3.1.11

4. CVM ACCESSISSENT *uel aliunde*: Hec dictio, 'uel', non dat istis optionem eligendi siue de ecclesia siue extra. Set ordo uerborum ostendit quod secundum illum ordinem procedere debeant ut, reprobatis personis capituli, tunc demum aliunde eligant, sic lxxxv. Archidiaconum,[1] et hoc optime habes, ff. ad Trebell. Heredes, in fine[2] et in authen. de hered. et fal. § Inordinatum,[3] supra de con. di.ii. In Christo.[4] jo. *confirmata*: Set numquid canonici per se possent minuere prebendas uel dignitates sine auctoritate pape? Non uidetur, quia nec augere possunt, ut infra de consue. Cum olim,[5] et quia honor ecclesie potius debet augeri quam minui, ut de con. di.i. Vasa,[6] et quia temporibus nostris potius addi cupimus, etc. xxv. q.i. Que ad perpetuam[7] et c. Quecumque.[8] Vnde nec episcopus obmittet archipresbiterum statuere, quasi ipse solus ad hoc sufficiat, ut supra de offic. archipres. c.ult.[9] et melius est qualemcumque eligere quam ordinem non esse plenum, ff. de decurio. Generaliter § penult.[10] Ad hoc dico quod ex causa possunt minuere, supra de instit. Ea, lib. ii.[11] et infra capitulo proximo, et de auctoritate episcopi, ut xxi. di. In nouo,[12] nam penitus alienare possent eius auctoritate si subesset causa; et facit ad id quod possint unam dignitatem minuere uel diuidere uel tollere penitus, xvi. q.i. Precipimus,[13] ff. commun. pred. Si quis duas,[14] ff. de negot. ges. Cum alicui,[15] extra. de prebend. Vacante, lib. iiii.[16] et lxiii. di. § Verum[17] et lxviii. di. Quorum uices.[18] jo. *contrauenerint*: Numquid ergo perditur priuilegium unico actu, ut hic et infra capitulo proximo et infra de prebend. Pro illorum[19] et xi. q.iii. Priuilegium[20] et supra de offic. del. Gratum, lib. i.[21] C. de iure dom. impet. l.ii.[22] et C. de appell. Hii qui[23] et C. de pact. inter emp. et uen. Commissorie[24] et C. de episc. et cleric. authen. Presbiteros?[25] Dico quod sic, ubi persona que impetrauit directe obuiat priuilegio, ut hic fuit. Secus si non seruaret illud, uel si non tueretur se illo,

---

4 4 aliunde] de *praem.* L^{ac}Lu sic eligant *tr.* FLLu Archidiaconum] Florentinum PCVc FLLu 11 episcopo Vc FLu 13 qualescumque LLu eligi PCVc FLLu 16 et *om.* Vc FL^{ac}Lu 17 eius *om.* FLLu 18 possunt PVc LLu, possent C diminuere PCVc FLLu uel^{1}] et FL^{ac}Lu 19 duos A^{ac} PCVc F^{ac}L^{ac}Lu 21 jo. *om.* PCVc FLLu 22 unico] uno PCVc FLLu 25 Commissorie] arg. contra *add.* A^{2}

---

4 1 D.85 c.1 2 Dig. 36.1.59(57) 3 Auth. 1.1 (Nov. 1.1)1.1 med. 4 De con. D.2 c.82 5 3 Comp. 1.3.5. (X 1.4.6) 6 De con. D.1 c.44 7 C.25 q.1 c.3 8 C.25 q.2 c.20 9 1 Comp. 1.16.5 (X 1.24.4) 10 Dig. 50.2.3.2 11 2 Comp. 3.6.4 (X–) 12 D.21 c.2 13 C.16 q.1 c.53 14 Dig. 8.4.6 15 Dig. 3.5.25(27) 16 4 Comp. 3.2.3 (X 3.5.26) 17 D.63 p.c.28 18 D.68 c.6 19 3 Comp. 3.5.9 (X 3.5.22) 20 C.11 q.3 c.63 21 1 Comp. 1.21.23 (X 1.29.20) 22 Cod. 8.33(34).2 23 Cod. 7.62.7 24 Cod. 4.54.4 25 post Cod. 1.3(6).33 (ex Nov. 123.19)

tunc enim perit legitimo tempore, infra de priuil. Accedentibus.[26] Magis enim delinquid qui uenit contra priuilegium quam si non utitur illo, et est arg. ad hoc lxxxiiii. di. Quisquis,[27] supra de uita et hon. cler. Statuimus, lib. i.[28] et infra de simon. Sicut, ibi, 'quia tamen longe', etc.[29] C. de excus. tut. Voluntarie[30] et C. lib. x. de hiis qui sponte mun. sub. l.i.[31] nam leuissimo argumento perditur priuilegium, ff. de diuort. l.ult.[32] jo. *contrauenerint* [*bis*]: Arg. contra xxv. q.i. § Hinc etiam, in fine.[33]

5. CVM M. FERRARIENSIS *ac quatuor sociis*: Cum socius agit pro sociis sine mandato, admittitur. Oportet tamen quod prestet cautionem de rato, ut C. de consort. eiusdem litis l.ii.[1] Arg. contra infra de dolo et con. c.ii. in principio,[2] ubi socius agens pro socio exhibuit litteras de mandato. jo. *contra antiquam consuetudinem*: Quod ex causa facere poterant, ut dixi supra capitulo proximo et ff. de decret. ab ord. faciend. Quod semel[3] et in authen. coll. i. ut determinatus sit numerus clericorum.[4] jo. *preiudicio*: Hic ergo protestatio non prodest, et infra de appell. Sollicitudinem[5] et ff. de condic. indeb. Quod quis sciens.[6] Arg. contra supra quod metus causa Perlatum, lib. i.[7] xxxi. q.ii. Lotharius,[8] ff. quibus modis pig. uel ypo. sol. Si debitor § i.[9] Solutio: Ibi protestatio non ualet ubi protestans per contrarium factum obuiat sue protestationi, nisi hoc faceret ex iusta causa ut in illo capitulo, Perlatum, et quandoque protestatio plus prodest quam appellatio, ut C. de filiis famil. l.ii. lib. x.[10] jo. *excrescerent*: Hic cassatur distinctio doctorum qui dicebant quod si facultates ecclesie essent aucte per ipsorum industriam, non tenerentur recipere plures, secus si sine eorum industria, ut C. de alluuio. et palu. l.ii.[11] et est simile, infra

---

29 delinquid] relinquid Vc, deliquit FL 31 simon. *scripsi*: sent. excomm. *codd.* (3 Comp. 5.21.13 [X 5.39.39]) Sicut ibi *om.* FL^{ac}Lu 33 argumento] ar. ergo FLu 34 jo. *om.* PCVc FLLu q.i. *scripsi* : q.ii. A PCVc FLLu etiam] et Vc L, *om.* F

5 5 jo. *om.* PCVc FLLu poterat Vc FLLu 7 jo. *om.* PC^{ac}Vc FL 10 Lotharius] infra de in integ. rest. c.i. *add.* A^{pc} C^{pc} (3 Comp. 1.24.1 [X 1.40.4]) 14 jo. *om.* PCVc FLLu 14-21 *gl. s.v.* 'super excrescentes' FLLu 16 aucte P A^{pc} : acte A^{ac}, augente C, auncte Vc, augmentate FLLu tenentur P Lu

---

[26] 3 Comp. 5.16.5 (X 5.33.15) [27] D.84 c.5 [28] 1 Comp. 3.1.9 (X–) [29] 3 Comp. 5.2.5 (X 5.3.33) [30] Cod. 5.62.12 (Voluntaria) [31] Cod. 10.44(43).1 [32] Dig. 24.2.11 [33] C.25 q.1 p.c.16

5 [1] Cod. 3.40.2 [2] 3 Comp. 2.7.2 (X 2.14.6) [3] Dig. 50.9.5 [4] Auth. 1.3 (Nov. 11) [5] 3 Comp. 2.19.12 (X 2.28.54) [6] Dig. 12.6.50 [7] 1 Comp. 1.31.1 (X 1.40.1) [8] C.31 q.2 c.4 [9] Dig. 20.6.4.1 [10] Cod. 10.62(60).2 [11] Cod. 7.41.2

de cens. Quanto,[12] et est hoc contra rationem illius legis, ff. de rei uin. Ceterum.[13] Item et est contra id quod dicit lex quod nemo cogitur esse in communione uel in societate, ut ff. de cond. ind. Si non sortem § Si centum.[14] jo. *motam questionem*: simile supra de iure patron. Ex litteris, lib. i.[15] infra de spon. impub. Ad dissoluendum, in fine,[16] infra de foro compet. Ecclesia Sancte Marie,[17] simile C. de rei uind. Si fundum et l. Certum.[18] Arg. contra infra de in integ. rest. c.i. in fine.[19]

2. DE RESCRIPTIS

1. PORRECTA *asserentes*: et male, quia licet quis dignitatem acceperit a papa, tamen conuenitur sub iudice loci, ut infra de priuil. Tuarum, lib. eodem.[1] jo. *monachis confirmantur*: Hec est causa quare monachis non confirmantur prioratus, quia nec eis debent perpetuo committi prioratus, ut infra de statu regul. Cum ad monasterium.[2] Item licet sint electi ad dignitatem, tamen de facili inde possunt remoueri, ut infra de symon. Per tuas, in fine.[3] Set si esset eis dignitas confirmata a papa, nonnisi eius auctoritate possent remoueri, ut supra de confirm. c.ii. lib. i.[4] Si tamen monachus fuerit electus ad dignitatem, sine causa non remouebitur, ut supra de statu monach. Monachi.[5] Licet ergo in rescripto expressa fiat mentio monachatus, tamen non ualet, ut xxv. q.ii. Rescripta,[6] ut ibi notaui. Hoc tamen non dubito quin papa ex certa scientia posset monacho confirmare ecclesiam, ut xvi. q.i. Peruenit.[7] jo.

---

18 Quanto *om.* L^{ac}Lu hoc est *tr.* FLLu 20 in^{2} *om.* FLLu Si non Vc^{pc} L^{pc} : Si uero A, Si in PC, Sine Vc^{ac} FL^{ac}Lu 20-21 Si centum P : Sic autem A CVc FL^{ac}Lu jo. *om.* PCVc FLLu 22 lib. i.] in fine *add.* FLLu infra^{1}] simile *praem.* PCVc 23 Marie *om.* C FLu 24 Certum] Ceptum PCVc FLLu

2.1 1 et] set FLLu 1-2 receperit PCVc FLLu 2 Tuarum] Ex *praem.* A PCVc F^{ac}LLu lib. eodem *om.* PCVc FLLu 3 jo. *om.* PCVc FLLu monachi Vc Lu 4 debent] debet F, deberet LLu 4-5 prioratus perpetuo committi (admitti P) *tr.* PCVc FLu, prioratus *om.* L 7 esset *om.* LLu eis] ei PC Lu, *om.* Vc 7-8 auctoritate eius *tr.* Vc FLu 12 quin] quem Vc, quoniam FLu 13 jo. *om.* PCVc FLLu

---

[12] 3 Comp. 3.37.1 (X 3.39.16) [13] Dig. 6.1.31(32) [14] Dig. 12.6.26.4 [15] 1 Comp. 3.33.9 (X 3.38.7) [16] 3 Comp. 4.2.1 (X 4.2.1) [17] 3 Comp. 2.2.5 (X 1.2.10 et 2.16.3) [18] Cod. 3.32.17 et 22 [19] 3 Comp. 1.24.1 (X 1.41.2)

2.1 [1] 3 Comp. 5.16.1 (X 5.33.11) [2] 3 Comp. 3.27.2 (X 3.35.6) [3] 3 Comp. 5.2.7 (X 5.3.35) [4] 1 Comp. 2.21.2 (X 2.30.2) [5] 1 Comp. 3.30.2 (3 conc. Lat. c.10 [X 3.35.2]) [6] C.25 q.2 c.15 [7] C.16 q.1 c.9

2. SI ALIQVANDO *per ignorantiam*: Videtur ergo quod si papa ex certa scientia salutet excommunicatum, quod eo ipso sit absolutus, arg. xciii. di. Si inimicus[1] et xi. q.i. Sacerdotibus,[2] lxiii. di. Cum Adrianus,[3] infra de priuil. Cum olim.[4] Nam princeps sola uoluntate dat libertatem, ut ff. de manu. Apud,[5] C. de fideicom. lib. Si uoluntate.[6] Arg. contra extra.ii. de sent. excomm. Cum desideres[7] et ii. q.i. Multi, in fine[8] et C. de probat. Non epistolis.[9] jo.

3. PASTORALIS *ambigitur*: Set quero qualiter possit dubitari de reuocatione litterarum. Aut enim secunde faciunt mentionem priorum aut non. Si faciunt, reuocant eas; si non faciunt, non reuocant. Item qualiter possunt primi iudices deferre secundis, uel secundi primis, cum uel primi tantum uel secundi tantum sint iudices, et sic patet aut primos aut secundos nullam iurisdictionem habere, ut infra de offic. del. Ex litteris, in fine,[1] supra de rescript. Ceterum, lib. i.[2] Item qualiter possunt aut primi aut secundi iudices citare partes, cum utrique dubitent et nesciant an sint iudices? Immo ratione dubitationis neutri deberent esse iudices, sicut cum dubitatur de tutela duorum, neuter est tutor, ut ff. de testa. tut. Duo sunt Titii.[3] Propter hoc glosauerunt hic quidam quod de facto potest dubitari, non de iure, ut si forte secunde littere non exhibentur, ut infra de offic. del. Ex litteris,[4] uel quia dubitatur an annus sit elapsus ab impetratione primarum, ut infra eodem, c.ult.[5] Set hec solutio nichil ualet, quia ad questionem facti non daret papa responsum iuris. Alii dicunt quod potest esse dubitatio iuris si eadem data sit in utrisque litteris. Set certe secundum hoc neutre reuocant alias, cum neutre sint priores aliis; immo secundum hoc utrique cognoscent de tota causa, nam ambe littere dicuntur secunde, ut ff. de bonorum pos. sec. tab. l.i. § Si quis in duobus.[6] Tertii dicunt quod sic dubitari potest super reuocatione, ut si

---

2 1 quod *om.* Vc FLLu 3 Si inimicus–lxiii. di. *om.* Vc FL^{ac}Lu (*homoiotel.*) 7 jo. *om.* PCVc FLLu

3 4 possint Vc Lu secundis deferre *tr.* FLLu cum uel] tantum LLu, *om.* F 5 sunt FL 8 nesciant Ab: nesciunt *cett.* 9 an] aut C Lu 11 glosauerat Vc, glossauerant FLu 12 exhibeantur Vc FLLu 13 dubitabatur FLu 14 eodem *om.* FL^{ac}Lu

---

2 [1] D.93 c.1 [2] C.11 q.1 c.41 [3] D.63 c.29 [4] 3 Comp. 5.16.4 (X 5.33.14) [5] Dig. 40.1.14 [6] Cod. 7.4.4 [7] 2 Comp. 5.18.4 (X 5.39.15) [8] C.2 q.1 c.18 [9] Cod. 4.19.13

3 [1] 3 Comp. 1.18.8 (X 1.29.29) [2] 1 Comp. 1.2.2 (X 1.3.3) [3] Dig. 26.2.30 [4] 3 Comp. 1.18.8 (X 1.29.29) [5] 3 Comp. 1.2.13 (X 1.3.23) [6] Dig. 37.11.1.5

secunde faciant mentionem priorum, set non expressam, ut supra de offic. del. Peruenit, lib. i.[7] Set hoc non ualet ut ex eadem decretali probatur, et supra de dolo et con. Ex litteris, lib. i.[8] Dici potest hanc fuisse rationem huius decretalis, cum diuerse sunt littere impetrate: Primi iudices citant partes, et cum pars aduersa coram eis exhibet secundas litteras, ipsi uolunt cognoscere de reuocatione litterarum. Item secundi iudices citant partes, et cum exhibentur coram eis prime littere, ipsi uolunt cognoscere an prime littere sint reuocate. Set quia pro eodem negotio partes non sunt trahende ad diuersos iudices, ut infra eodem, Ex tenore,[9] statuitur hic ut iudices conueniant, uel una pars in hoc deferat alii. Et licite potest deferre aliis iudicibus in hoc, quia et primi de hoc possunt cognoscere, cum coram eis obicitur talis exceptio, et etiam secundi. Et expone 'quando dubitatur', idest quando in dubium deducitur de reuocatione litterarum. Set huic solutioni obstat extra. de rescript. Cum contingat, lib. iiii.[10] Vnde melius dicas quod bene potest iudex dubitare de reuocatione litterarum, licet secunde expressam faciant mentionem priorum, scilicet quando obicitur secundas litteras esse impetratas per falsum. Et hunc casum habes supra eodem, Ceterum, lib. i.[11] et is est uerus intellectus, et qui aliter glosauerunt, sensu carent uel indigent. jo. *duxerint deferendum*: Hoc tamen fiet de consensu partium, ut infra de offic. del. Super,[12] uel etiam sine ipsorum consensu, cum coram utrisque possit proponi exceptio, ut dixi. jo. *utrique cognoscant*: de hoc tantum an secunde littere reuocent primas. *quamuis plures*: Hic non statur iudicio maioris partis, simile supra de iure patron. Quoniam, lib. i.[13] et in causa episcopi, vi. q.iiii. c.i. et in iudicibus delegatis a principe ut uidetur ut C. de appell. In offerendis, ibi, 'ita tamen si dissentirent',[14] et alibi, C. qui bonis ced. pos. l. finali,[15] et in liberali causa, C. de commun. seru. man. l.i. § ii.[16] et in re com-

---

21 faciunt PCVc FLLu expressas Vc, expresse FLLu 24 littere sunt (sint CVc FLLu) *tr.* PC FLLu, littere *om.* Vc 28 littere *om.* PVc FLLu 30-31 in hoc *post* potest *tr.* PCVc FLLu 32 talis] illis FLu, *om.* L 33 in *om.* FL^{ac}Lu 34 extra.] iii. *add.* P, iiii. *add.* CVc FLLu 35 lib. iiii. *om.* PCVc FLLu 36 expresse Lu, *om.* F scilicet] set L^{ac}Lu 39 glosulauerunt PCVc carent uel *om.* PCVc FLLu 40 uel *om.* FL^{ac}Lu 41 cum *om.* Vc L^{ac}Lu 42 jo. *om.* PCVc FLLu an *om.* L^{ac}Lu reuocant L^{ac}Lu 43-50 Hic non–jo. *glossae sequenti in fine iungunt* FLLu 43 simile] sic PCVc FLLu 44 lib. i. *om.* PCVc FLLu 45 et *om.* FL^{ac}Lu 46 C. *om.* FL^{ac}Lu

---

[7] 1 Comp. 1.21.13 (X–) [8] 1 Comp. 2.10.2 (X 2.14.2) [9] 3 Comp. 1.2.5 (X 1.3.16) [10] 4 Comp. 1.2.1 (X 1.3.24) [11] 1 Comp. 1.2.3 (X 1.3.3) [12] 3 Comp. 1.18.6 (X 1.29.27) [13] 1 Comp. 3.33.4 (X 3.38.3) [14] Cod. 7.62.37(35).1 [15] Cod. 7.71.8 [16] Cod. 7.7.1.2

muni, ut ff. commun. diu. Sabinus,[17] et dum quis plus iuris habet in re, ut C. de donat. Sancimus § Ne autem,[18] et dum sit id quod religio uel natura rei requirit, ut instit. de rer. diu. § Religiosum.[19] jo. *quamuis plures* [*bis*]: Ideo non statur hic iudicio maioris partis, quia forte in primis litteris sunt duo iudices, in secundis sunt tres. Vnde cum illi tres habeant equalem iurisdictionem cum illis duobus, quia isti tres et illi duo loco unius iudicis censentur, scilicet pape, non preualet illorum sententia, licet secus sit in creditoribus, quia licet hinc inde sit par debitum, tamen statur maiori numero creditorum, ut C. qui bonis ced. pos. l.ult.[20] Item ea ratione quia si isti tres iudicarent pro se, suspecti essent, quia uiderentur ingerere operas suas, ut ff. de procur. Que omnia.[21] Si iudicarent contra se, uiderentur abdicare uelle a se iurisdictionem, et uelle a se reicere onus, ut infra de offic. del. Pastoralis.[22] Siue ergo iudicent pro se siue pro aliis iudicibus, semper itur ad arbitros. Set si in primis et secundis litteris essent pares iudices, satis posset dici quod tunc maiori parti staretur. jo. *sopiatur*: Set quid si arbitri adiudicent iurisdictionem illis quorum est iurisdictio reuocata? Nichilominus tenet sententia talium, nisi appelletur, quia per utrasque litteras fuit data iurisdictio. jo. *per speciale*: Hic patet quod si unum rescriptum est generale et aliud speciale, licet non fiat mentio generalis, tamen speciale preualet, ut supra de rescript. c.i. lib. i.[23] supra de offic. leg. Studuisti, lib. ii.[24] supra de confir. Bone, lib. ii.[25] ff. de reg. iuris, In toto.[26] Arg. contra supra de rescript. Cum ordinem, lib. ii.[27] ubi secundum speciale non derogat primo generali quia non facit mentionem illius. Set illud est ratione priuilegii, nam cum primum sit priuilegium, ⌜secundum ius commune, ius commune non tollit priuilegium⌝ nisi faciat mentionem ipsius, arg. contra ff. de pecul. leg.

50 jo. *om.* PCVc FLLu 51-63 *gl. s.v.* 'generaliter' FLLu 52-53 equalem iurisdictionem habeant *tr.* FLu, equalem habeant *tr.* L 53 quia] et *add.* CVc LLu, *om.* F isti] illi P F illi] isti FLLu 54 pape] cum *praem.* FL^{ac}Lu 57 uidetur PC^{ac}, uidentur Vc 59 uidentur PC^{ac}Vc ab se abdicare (iudicare Lu) uelle *tr.* PCVc FLLu 61 iudicibus *om.* LLu litteris *post* primis *tr.* PCVc LLu secundis] in *praem.* PCVc LLu 63 jo. *om.* PCVc FLLu iudicent L^{ac}Lu illis] eis L, *om.* Lu 65 utrasque *om.* FL^{ac}Lu jo. *om.* P L 68 leg.] deleg. A Ab F 69 tota A Ab 71-73 nam cum–priuilegium PCVcAbMdMLr N : *om.* Lu, secundum–priuilegium *om.* A FL^{ac}GHPs (*homoiotel.*) 72 ius commune^{2} *om.* VcMdLr

[17] Dig. 10.3.28 [18] Cod. 8.53(54).34.2 [19] Inst. 2.1.9 [20] Cod. 7.71.8 [21] Dig. 3.3.25 [22] 3 Comp. 1.18.7 (X 1.29.28) [23] 1 Comp. 1.2.1 (X 1.3.1) [24] 2 Comp. 1.13.1 (X 1.30.2) [25] 2 Comp. 2.21.1 (X 2.20.3) [26] Dig. 50.17.80(81) [27] 2 Comp. 1.2.1 (X 1.3.6)

Seruo legato.[28] *iurisdictionem*: Habet ergo iurisdictionem, licet non habeat exercitium, unde non potest mandare alii iurisdictionem. Est enim absurdam alii ante mandare quam ipse nanciscatur, ff. de offic. procon. Obseruare § ult.[29] et sic uidetur similiter quod non possit citare partes ante expressionem rerum, ut v. q.ii. c.ult.[30] Ideo enim citantur et dantur indutie ut deliberent, ut iii. q.iii. Offeratur,[31] set in hoc casu non possunt deliberare. Arg. contra infra de appell. Significantibus[32] et instit. de act. § Curare[33] et infra de restit. spol. Cum ad sedem,[34] ubi petitur hospitale cum omnibus pertinentiis suis. Set qualiter priuantur priores iudices iurisdictione, cum papa non intendat eos priuare? Item numquid eodem modo per mortem delegantis esset reuocata iurisdictio quantum ad non expressas? Arg. quod non, C. de duobus reis l.ult.[35] Interest tamen an mandatum reuocetur per mortem an uiua uoce, ut ff. de procur. Si defunctus et l. sequenti.[36] jo.

4. SEDES APOSTOLICA *generalitatis inuolucro*: Eo ipso intelliguntur fraude uersari, ut ff. de iure fisci l. Ita[1] et arg. supra de confir. Bone,[2] nam secundum distinctionem rerum sunt distinguenda nomina, xxi. di. Cleros,[3] C. de codicill. Si idem.[4] *propriis nominibus*: Set numquid ualet impetratio litterarum sub hac forma, 'conqueror de quodam homine', uel sic, 'conqueror de illo qui detinet rem meam', non expresso nomine? Videtur quod sic, ut infra de ordin. cog. Cum dilectus, in principio[5] et infra de appell. Significantibus[6] et instit. de act. § Curare,[7] nam incerta pars peti potest, ff. de rei uind. Que de tota.[8] Item quia datur iurisdictio de re incerta, licet iudex non possit eam exercere, ut supra capitulo proximo, nam et sic potest res peti, 'peto hoc uel illud quodcumque illorum michi competit', ut ff. quorum leg. l.i. § Quia autem.[9] Econtra uidetur quod non ualet, ut supra de rescript. Ad hec, lib. ii.[10] quia per generale mandatum

75 habeat] habet PC^{ac}Vc Lu, sit F alii mandare *tr.* FL 79 deliberet Vc FLu 85 expressos PCVcAbMd FP^{c}LLu, res *add.* A^{2} 87 jo. *om.* PC FLLu

4 1-4 Eo ipso–Si idem *om.* P^{ac} 4 ualet] preualet FLLu 9 potest peti *tr.* PCVc F, peti *om.* L^{ac}Lu 10 eam non possit *tr.* PCVc FLLu

[28] Dig. 33.8.1 [29] Dig. 1.16.4.6 [30] C.5 q.2 c.4 [31] C.3 q.3 p.c.4 § 5 [32] 3 Comp. 2.19.7 (X 2.28.49 et 2.3.2) [33] Inst. 4.6.32 [34] 3 Comp. 2.6.5 (X 2.13.15) [35] Cod. 8.39(40).4(5) [36] Dig. 3.3.15 et 16

4 [1] Dig. 49.14.40 [2] 2 Comp. 2.21.1 (X 2.30.3) [3] D.21 c.1 [4] Cod. 6.36.7 [5] 3 Comp. 2.4.1 (X 2.10.2) [6] 3 Comp. 2.19.7 (X 2.28.49 et 2.3.2) [7] Inst. 4.6.32 [8] Dig. 6.1.76 [9] Dig. 43.3.1.4 [10] 2 Comp. 1.2.4 (X 1.3.10)

non fit quis delegatus, ut ibi et infra de offic. ord. Licet,[11] nec partes potest citare, ⌜nisi citatio sit de re certa,⌝ v. q.ii. c.ult.[12] et iii. q.ix. Indicas.[13] Item quia rescriptum debet equiualere libello, ut supra de dilat. Preterea, lib. ii.[14] set libellus certam rem debet exprimere, ut reus possit plene deliberare, ut iii. q.iii. Offeratur[15] et ff. de rei uind. Si in rem.[16] Solutio: Non est necesse quod res specificetur in commissione, set in libello citationis est specificanda. Vnde propter predictam generalitatem rerum uel personarum non uitiatur rescriptum, nisi illud fiat in fraudem, ut supra de rescript. Ad aures, lib. i.[17] et ff. de interr. act. De etate § Nichil[18] et ff. de iure fisci, Ita,[19] set in litteris reuocatoriis oportet quod omnia sint specificata, ut supra de dolo et con. Ex litteris, lib. i.[20] et supra de confir. Bone, lib. ii.[21] licet arg. posset induci quod tantum ualeat generalis reuocatio quantum specialis, supra de filiis presbit. Constitutus, in fine.[22] supra de maior. et obed. Sane, in fine, lib. ii.[23] xix. di. Si Romanorum[24] et xxvi. q.iiii. c.ult.[25] C. de quadrien. pres. Omnes,[26] C. de prescript. xxx. annorum, Omnes[27] et infra de restit. in integ. Cum ex litteris.[28] jo. *maiores et digniores*: Set quas personas dicemus maiores uel digniores? Nam inuenimus quod quilibet clericus dicitur habere dignitatem, ut iiii. di. Denique[29] et i. q.i. Reperiuntur.[30] Quandoque constantes dicuntur habere dignitatem, ff. de usuf. Set et si quid,[31] et quandoque seculares potestates, ut xxiii. q.v. Administratores.[32] Quandoque etiam decurionatus dicitur dignitas, ut ff. ad leg. Corn. de sic. l.penult.[33] Item quas dicemus maiores, numquid illam maioritatem considerabimus de qua dicitur ff. de gradibus, Iuris consultus § Parentes,[34] uel de qua dicitur ff. de pactis, Maiorem,[35] uel de qua dicitur xxxv. q.ix. Veniam,[36] uel de qua dicitur

14 quis delegatus PVcAb : de lagatus A, delegatus quis CMd, preiudicium speciali *add.* C^{pc}Vc G^{pc}, dilectio LLu, delegatio F 15 nisi–certa CVcMdLrM FLLuGHPsS N : *om.* A P^{ac}Ab 17 plene possit *tr.* PCVc FLLu 19 citationis A^{pc}PCVcMd FLLu : actionis A^{ac} Ab 25 possit PC LLu ualet LLu 27 Sane *om.* L^{ac}Lu 30 digniores] uel *praem.* P Lu digniores uel maiores *tr.* PCVc LLu 31 dicitur] debet FL^{ac}Lu 37-38 § Parentes–dicitur[1] *om.* FLLu 38 Maiores A Ab 38-40 de qua[1]–Qui contra *post lin. 41-42* 'Criminosos' *tr.* FLLuGHPsS N 38-39 xxxv.–xvi. *om.* FLLu

[11] 3 Comp. 1.20.6 (X 1.31.12) [12] C.5 q.2 c.4 [13] C.3 q.9 c.14 [14] 2 Comp. 2.4.1 (X 2.8.2) [15] C.3 q.3 p.c.4 § 5 [16] Dig. 6.1.6 [17] 1 Comp. 1.2.6 (X 1.3.8) [18] Dig. 11.1.11(12).7 [19] Dig.49.14.40 [20] 1 Comp. 2.10.2 (X 2.14.2) [21] 2 Comp. 2.21.1 (X 2.30.3) [22] 1 Comp. 1.9.10 (X 1.17.8) [23] 2 Comp. 1.15.1 (X 1.9.7) [24] D.19 c.1 [25] C.26 q.4 c.3 [26] Cod. 7.37.2 [27] Cod. 7.39.4 [28] 3 Comp. 1.24.4 (X 1.41.5) [29] D.4 c.6 [30] C.1 q.1 c.7 [31] Dig. 7.1.15(19) [32] C.23 q.5 c.26 [33] Dig. 48.8.16 [34] Dig. 38.10(11).10.7 [35] Dig. 2.14.8(9) [36] C.25 q.9 c.5

xl. di. Multi, in fine,[37] uel de qua dicitur xvi. di. Sexta, in illo uersu, 'Prima annotatio',[38] uel de qua dicitur xxiiii. q.i. Qui contra,[39] uel de qua dicitur di.ii. Lex est,[40] uel de qua dicitur ii. q.vii. Querendum et c. Criminosos? [41] Respon. Maiores et digniores uocat hic notabiles personas, nam notabiles persone non debent sub generali clausula comprehendi, ut ff. de iniur. Item apud § Hoc edictum,[42] et tales que citius mouerent animum principis uel ad dandum uel ad denegandum rescriptum. Ratione enim maioritatis presumitur contra aliquem, ut xxxi. q.ii. Lotharius,[43] ff. quod metus causa, Non est uerisimile.[44] Item quia circa iudicia defertur dignitati et persone, infra de offic. del. Pastoralis [45] et xxiiii. q.i. Qui contra.[46] Videtur ergo quod per generalem clausulam non possit conueniri sacerdos, cum ipse maior sit quolibet laico, ut vi. q.i. Beatus.[47] *generali clausula*: simile ff. ad leg. Cor. de fal. Diuus, i. responso,[48] simile supra de rescript. Ad hec, lib. ii.[49] simile supra de appell. Super, lib. i.[50] simile supra de confirm. Bone, lib. ii.[51] simile xxiii. di. Quamquam,[52] de con. di.ii. In Christo,[53] simile ff. de iniur. Item apud § Hoc edictum,[54] ff. de leg. ii. Si ita sit scriptum, i. responso.[55] jo. *multitudinem*: simile infra de testi. Cum causam,[56] infra de purgat. can. Cum in iuuentute.[57] jo.

5. Ex tenore *careat*: Immo uidetur quod debet causam perdere, sicut qui petiit seruum in uno iudicio, si postea petiit in alio, perdit causam, ut C. de asser. toll. l.i. § ult.[1] jo. *utriusque*: Nota cum plures littere impetrantur super eodem negotio, aut ad diuersos iudices aut ad eosdem. Si ad diuersos ab eadem persona impetrantur, et eadem est data litterarum, utreque ualent si hoc ideo fecit ut sibi prospiceret, quia forte timuit

40 annotatio] innotatio Vc FLLu 40-41 xxiiii.–dicitur[1] FLu (*homoiotel.*) 45 principis CVcMd FLLu : *om.* A PAb negandum FLu 48 xxxiiii. A C^{ac}Ab 50 sit maior *tr.* PCVcAbMd FLLu 51 simile *om.* FL^{ac}Lu 51-55 simile–jo. *glossae praecedenti in fine iungunt* FL^{ac}Lu 55 jo. *om.* CVc FLLu simile] sic F, *om.* P LLu

5 1 debet] debent C^{ac}Vc FLLu, debeat P, deberet C^{pc}Ab 2 petiit[1]] petit Ab FLLu petiit[2]] petit Vc LLu, petierit P, petat F 3 jo. *om.* PC^{ac}Vc FLLu Nota] quod *add.* CVc FLLu 6 si] set PVc

[37] D.40 c.12 [38] D.16 c.9 [39] C.34 q.1 c.32 [40] D.2 c.1 [41] C.2 q.7 c.18 et c.52 [42] Dig. 47.10.15.26 [43] C.31 q.2 c.4 [44] Dig. 4.2.23 [45] 3 Comp. 1.18.7 (X 1.29.28) [46] C.24 q.1 c.32 [47] C.6 q.1 c.5 [48] Dig. 48.10.15.1 [49] 2 Comp. 1.2.4 (X. 1.3.10) [50] 1 Comp. 2.20.10 (X 2.28.10) [51] 2 Comp. 2.21.1 (X 2.30.3) [52] D.23 c.6 [53] De con. D.2 c.53 [54] Dig. 47.10.15.26 [55] Dig. 31.45(46).1 [56] 3 Comp. 2.12.10 (X 2.20.37) [57] 3 Comp. 5.17.3 (X 3.34.12)

5 [1] Cod. 7.17.1.3

perdere aliquas litteras, uel timuit aliquos iudices mori. Si autem fecit animo uexandi aduersarium suum, neutre ualent ut hic et supra eodem, R. de Columbellis, lib. ii.[2] Set in priori casu utreque ualent, et utreque littere heedem reputantur, sicut reputatur idem testamentum, quod pluribus exemplis consignatum est, ut ff. de testa. Vnum,[3] et utreque littere dicuntur postreme, ut ff. de bon. pos. l.i. § Si quis in duobus,[4] nec est hoc inconueniens quod aliquis super eodem negotio habet diuersos iudices, nam illud habes extra.i. de offic. leg. Cum non ignoretis[5] et ff. de leg. ii. Cum filius, in principio[6] et ff. de arbit. Si quis rem, Set si in seruum.[7] Si autem data litterarum diuersa est, tantum prime ualent, nisi in secundis fiat mentio de primis, licet quidam dixerint utrasque ualere, si uero fecit ideo ut sibi consuleret. Si uero ad eosdem iudices ab eodem impetrantur, si ille littere discordant in data, prime ualent, nisi in secundis fiat mentio de primis, ut supra de rescript. Ceterum.[8] Set si data est eadem et forma eadem, heedem reputantur littere, set si forme sunt contrarie, neutre ualent, ut C. de fide instrum. Scripture.[9] Nunc habes quid iuris sit si littere impetrantur ab eodem. Si uero a diversis impetrantur, aut impetrantur ad eosdem iudices aut ad diuersos. Si ad eosdem, si eadem est data et forma, heedem reputantur. Set si data est eadem et forma contraria supersedebitur utrisque, ut supra de offic. del. Sane, lib. i.[10] Set si ad diuersos iudices, prime preualent, nisi in secundis fiat mentio de primis, ut supra eodem, Ceterum, lib. i.[11] Set numquid tenet datio iudicis sub hac forma, 'do Ticium uel Seium iudicem?' Arg. quod sic, supra de spon. Non est uobis.[12] Arg. contra, quia mandatum debet dirigi ad certam personam, ff. de procur. l.ii. et l. Si procuratorem[13] et ff. de testa. tut. Tutor incertus.[14] Si enim tutor fuit datus sub hac forma, 'ille aut ille sit tutor', ibi ponitur 'uel' pro 'et', ut C. de uerb. sig. l.penult.[15] jo.

---

7 autem] forte PCVc FLLu 8 suum *om.* Vc LLu 10 reputatur] nec *praem.* PVc, sicut reputatur *om.* C[ac] Lu 11 est *om.* FLu 15 Set *scripsi* : § Et A PCVc FLLu 16 litterarum *om.* LLu 17 dixerunt PCVc Lu 18 uero[1] *del.* A[2] L consulerent CVc, consulent Lu 19 ualent] preualent P, *om.* Vc 23-24 si littere–impetrantur *om.* L 23-24 ab eodem–impetrantur PCVcAbMd FLu : *om.* A L(*homoiotel.*) 33 jo. *om.* PC FLu

---

[2] 2 Comp. 1.2.6 (X–) [3] Dig. 28.1.24 [4] Dig. 37.11.1.5 [5] 1 Comp. 1.22.1 (X 1.30.1) [6] Dig. 31.76(78) [7] Dig. 4.8.30(35) et 9 [8] 1 Comp. 1.2.3 (X 1.3.3) [9] Cod. 4.21.14 [10] 1 Comp. 1.21.3 (X 1.29.2 et 2.27.9) [11] 1 Comp. 1.2.3 (X 1.3.3) [12] 1 Comp. 4.1.13 (X 4.1.11) [13] Dig. 3.3.2 et 65 [14] Dig. 26.2.20 [15] Cod. 6.38.4

6. OLIM TIBI *Paduano*: absenti, alias non esset opus interpretatione. Tamen ratione mandati non cogetur dare absenti ita plene sicut presenti, nisi hoc habeat consuetudo, ut supra de prebend. Relatum, lib. i.[1] jo. *largissime*: infra de donat. Cum dilectus.[2] ii. q.iii. Preuaricator, in fine.[3] xvi. q.i. Frater.[4] supra de usu pal. Cum super, lib. ii.[5] xxxv. q.iii. Quod scripsi.[6] C. de inoffic. Si quando.[7] C. de precibus imper. offer. Quotiens.[8] ff. ne quid in loco pub. l.ii. § Merito.[9] Numquid ergo in rescriptis uerba large sunt interpretanda, cum secundum intellectum eius qui impetrauit uerba sint intelligenda, ut ff. de uerb. oblig. Inter stipulantem?[10] Certe non, quia lites potius sunt restringende quam ampliande, ut in constitutione Innocentii, Nonnulli,[11] et arg. infra eodem, Causam.[12] Immo nec illud rescriptum quod indulget beneficium est interpretandum ut aliis preiudicet, ut supra de prebend. Relatum, lib. i.[13] et lxxxv. di. Archidiaconum.[14] jo. *malitiosam interpretationem*: Nota rescripta principum non esse malitiose interpretanda, immo infamis est qui illud malitiose interpretatur, ut C. de legibus et const. l.ii.[15] Solus autem ille qui dedit rescriptum potest illud interpretari, ut infra de sent. excomm. Inter.[16] ff. de pret. stip. In pretoriis.[17] Tamen quandoque legatus pape illud interpretatur, ut infra de postul. Ad hec, circa finem[18] et infra de sequest. pos. Ad hoc,[19] et consuetudo illud interpretatur, ut infra de consue. Cum dilectus.[20] jo.

7. CVM ADEO *adeo scripta*: Quandoque enim fallit ipsum obliuio, ut xxiii. di. Preterea[1] et xxx. q.iiii. Quod autem,[2] et quandoque minori intelligentia prepeditur, ut supra de appell. Vel ex malitia.[3] Et est arg. quod

---

6 3 jo. *om.* PCVc FLLu 6 scripsi] contra *add.* A[2] quando] contra *add.* A[2] 7 Merito] contra *add.* A[2] 8 impetrauit A Ab : interpretauit PCVcMd FLLu, interpretatur C[pc] F[pc] 9 sint] sunt FLu 11 arg. *om.* PCVc FLLu Causam] Cum *praem.* A PC[ac]Vc 13 Archidiaconum] Florentinum PCVc FLLu 14 jo. *om.* PCVc FLLu 15 est *om.* FLu 16 ille *om.* FLLu 18 legatus pape quandoque *tr.* PCVc FLLu 19 Ad hoc] Ad hec et infra Ad hoc Vc, et infra Ad hoc FLLu (*idem est capitulum*) 20 jo. *om.* PC[ac] FLLu

7 1-5 *gl. s.v.* 'scientia' PCVc FLLu 1 ispum fallit *tr.* PCVc FLLu 3 prepeditur] propenditur Vc, perpeditur C, perpenditur FLLu est] hic *add.* PC LLu, hoc *add.* Vc F

---

[1] 1 Comp. 3.5.7 (X–) [2] 3 Comp. 3.18.3 (X 3.24.6) [3] C.2 q.3 p.c.8 § 2 [4] C.16. q.1 c.52 [5] 2 Comp. 1.4.1 (X 1.8.1) [6] C.35 q.2 et 3 c.20 [7] Cod. 3.28.35 [8] Cod. 1.19(22).2 [9] Dig. 43.8.2.10 [10] Dig. 45.1.83 [11] 4 conc. Lat. c.37 (4 Comp. 1.2.5[X 1.3.28]) [12] 3 Comp. 1.2.8. (X 1.3.18) [13] 1 Comp. 3.5.7 (X–) [14] D.85 c.1 [15] Cod. 1.14(17).2 [16] 3 Comp. 5.21.4 (X 5.39.[illegible]) [17] Dig. 46.5.9. [18] 3 Comp. 1.4.1 (X 1.5.1) [19] 3 Comp. 2.9.1 (X 2.17.1) [20] 3 Comp. 1.3.7 (X 1.4.8)

7 [1] D.23 c.12 [2] C.30 q.4 c.6 [3] 1 Comp. 2.20.47 (X–)

si aliquid reprehensibile est in rescriptis quod non ualeat, xxxv. q.ix. Apostolice,[4] supra de rescript. Ad audientiam, lib. ii.[5] jo. *reprehendi*: Hoc ideo quia cum multa maturitate decoquitur, ut xxxv. q.ix. Apostolice.[6] Item dicit lex quod testamentum debet esse sine omni uituperatione, ut C. de edict. diui. Adri. l.ult.[7] sic infra de priuil. Cum olim, in fine.[8] jo. *sufficientem*: que dicatur sufficiens dixi xxi. q.i. c.i. Debet enim talis esse que sibi et suis sufficiat, l. di. Studeat,[9] et quod omnes aduenientes possit recipere, supra de prebend. c.ult. lib. i.[10] Et in hac sufficientia habetur ratio nobilitatis, ut xli. di. Non cogantur,[11] et scientie, ut in constitutione Innocentii, De multa,[12] et dignitatis, ut ff. de uariis et extraord. cog. l.i. § In honorariis[13] et ff. de usuf. Set et si quid § i.[14] jo. *mentio haberetur*: Hic aduerte quales condiciones intelligantur in rescriptis per que petuntur beneficia; una est si est clericus, ut hic et supra de transact. c. finali.[15] Item hec si uult residere in illa ecclesia, infra de instit. Tua nobis[16] et supra de prebend. Relatum, lib. i.[17] Item si est de terra illa, arg. lxxi. di. Hortamur.[18] C. de episc. et cleric. In ecclesiis.[19] Item ubicumque ecclesia iustam habet exceptionem, ut supra de rescript. Si quando.[20] Item si est dignus ut hic, et supra de elect. Nosti, lib. i.[21] Item si ecclesia sufficit pluribus, supra de instit. In congregandis, lib. ii.[22] Item et alia que dicam infra eodem, Super.[23] Item et hoc quod uacet de facto, ut infra de conces. preb. non uac. Cum nostris, lib. eodem.[24] jo.

8. CAVSAM QVE *probationes recipere*: per quod uidebatur quod testes possunt recipi lite non contestata. *fuerat inserenda*: Set errore scriptoris est postposita, et illud non nocet, ut C. de testa. Ambiguitates.[1] Hic

5 jo. *om.* PVc FLLu 6 quia] qui C^{ac}, *om.* FLu decoquuntur PC, dequoquitur Vc L 7 Item] Idem CVc FLLu 9 jo. *om.* PCVc FLLu que A Ab : qui PMd, Et C^{ac}Vc, quid FLLu dicitur PCVc FLLu 10 sufficiat sibi et suis *tr.* PCVcAbMd FLLu 12 ratio nobilitatis] rationabilitatis Vc L, rationabilitas Lu 14 jo. *om.* PC^{ac}Vc FLLu 15 Hic] Hoc PCVc, *om.* LLu intelligentur PC LLu, inuenies Vc 16 petantur FLLu est[1] *om.* PCVc FLLu 23 quod *om.* FLLu 24 lib. eodem. jo. *om.* PCVc FLLu nostris] unde uersus: Clericus indigena, dignus, pauper residensque *add.* FS N, Clericus–residensque *add.* P^{pc}C^{pc}Md^{pc}Lr^{pc}

8 2 possent PCVcAbMd FL 3 preposita PVcAbMd, proposita L^{ac}Lu

4 C.35 q.9 c.4 5 2 Comp. 1.2.5 (X 1.3.11) 6 C.35 q.9 c.4 7 Cod. 6.33.3 8 3 Comp. 5.16.2 (X 5.33.12) 9 D.50 c.39 10 1 Comp. 3.5.14 (X 3.5.12) 11 D.41 c.3 12 4 conc. Lat. c.38 (4 Comp. 3.2.4 [X 3.5.28]) 13 Dig. 50.13.1.10 14 Dig. 7.1.15(19).1 15 1 Comp. 1.27.6 (X 1.36.6) 16 3 Comp. 3.7.2 (X–) 17 1 Comp. 3.5.7 (X–) 18 D.71 c.8 19 Cod. 1.3(6).11 20 1 Comp. 1.2.5 (X 1.3.5) 21 1 Comp. 1.4.18 (X 1.6.9) 22 2 Comp. 3.6.2 (X–) 23 3 Comp. 1.2.10 (X 1.3.20) 24 3 Comp. 3.8.3 (X 3.8.6)

8 1 Cod. 6.23.24

patet quod in rescriptis secundum ius commune uerba sunt intelligenda, et supra de ⌜offic. del. Super[2] et lxxxv. Archidiaconum,[3] cum suis⌝ concordantiis. C. de inoffic. testa. Si quando,[4] secus est in priuilegiis, supra de decim. Ad audientiam, in fine.[5] De hoc plenius dicam, infra de consue. c.ult.[6] *receptione*: testium. *tardetis attente*: simile, supra de rest. spol. Audita, lib. i. in fine.[7]

9. CONSTITVTVS *reciperent*: Hic duo precipiuntur, scilicet quod recipiant eum in canonicum, et quod assignent ei prebendam si uacat. Numquid ergo si non possunt assignare prebendam, saltim tenentur eum eligere in canonicum? Arg. quod sic, infra de prebend. Dilectus[1] et infra de dolo et con. c.ii. in fine.[2] Arg. contra infra de offic. del. Cum super.[3] ff. quod cum falso tut. l.i. § i.[4] et ii. q.vi. § Diffinitiua, versu, 'Quandoque'[5] et ff. quemadmodum seruitus amitt. Si communem[6] et ff. de minor. Etiam et l. Tutor,[7] et arg. pro et contra inuenies ix. di. Si ad scripturas.[8] Finis huius uidetur dicere quod non, et secundum hoc erit unum mandatum, non duo. Set potest dici quod hoc ideo fuit quia hoc iuratum erat de certo numero canonicorum, alias non uideo quare non debuissent parere mandato, cum mandasset quod eligeretur ad uacantem uel ad uacaturam, unde ratione iuramenti non poterant augere numerum, nam simplex canonia auget numerum, supra de instit. In ecclesia, lib. ii.[9] jo. *certus esset numerus*: De iure communi certus debet esse numerus secundum facultates ecclesie, ut supra de instit. In congregandis, lib. ii.[10] et in authen. ut determinatus sit numerus cler. § i.[11] *mentionem*: Hec allegatio nichil proficit si ipsi uenerunt contra suam constitutionem, ut infra de pre-

4 commune ius *tr.* PCVc FLLu 5 offic.–suis PCVcAbMd FLLu : *om.* A Archidiaconum Ab : Florentinum *cett.* 6 secus] sicut Vc L^{ac}Lu, sic F priuilegio FLu 8 testium *om.* C F 8-9 *gl. s.v.* 'tardetis attente' *s.v.* 'attemptatum' PCVcAbMd FLLu

9 8 scripturas] sacras A Ab 9 erit] erunt FL^{ac}Lu 10 hoc[2]] hic PC^{ac} iuratum] iuramentum Vc, iurato Lu, *om.* L 13-14 numerum–auget *om.* FL^{ac}LuGHS N (*homoiotel.*) 14 canonia] canonica PVc^{pc}Ab, canoni Md jo. *om.* PVc FLu 15-16 De iure–lib. ii. *om.* MLr FLuGHS N (*homoiotel.*) 17 determinatus] taxatus C^{pc}Vc FL^{pc}Lu § i. *om.* PCVcMd FLLu 18 uenerint P FLLu, ueniunt CVcMd

2 1 Comp. 1.21.20 (X 1.29.15) 3 D.85 c.1 4 Cod. 3.28.35 5 1 Comp. 3.26.13 (X 3.30.12) 6 3 Comp. 1.3.7 (X 1.4.8) 7 1 Comp. 2.9.4 (X 2.13.4)

9 1 3 Comp. 3.5.6 (X 3.5.19) 2 3 Comp. 2.7.2 (X 2.14.6) 3 3 Comp. 1.18.2 (X 1.29.23) 4 Dig. 27.6.1.1 5 C.2 q.6 p.c.40 § 19 6 Dig. 8.6.10 7 Dig. 4.4.45(46) et 47(49) 8 D.9 c.7 9 2 Comp. 3.6.3 (X 3.7.2) 10 2 Comp. 3.6.2 (X–) 11 Auth. 1.3 (Nov. 11)

bend. Pro illorum.[12] *intelligatur*: Si in iuramento semper intelligitur auctoritas maioris excepta, ut hic dicitur et infra de iureiur. Venientes,[13] ergo non faceret contra iuramentum si ad mandatum pape illum reciperent. Item ex hoc sequitur quod numquam sit necessaria dispensatio in iuramento, quia si pape displicet iuramentum, numquam aliquis est ligatus iuramento si talis condicio inest iuramento. Item ex hoc sequeretur quod nemo esset periurus nisi cum pape placeret iuramentum. Vnde non dicas talem condicionem inesse, set ideo dicitur eius auctoritas excepta, quia ei non preiudicatur quin possit contrarium statuere. jo. *antequam*: Set quid si iurauerant antequam presentasset litteras? Idem uidetur, arg. supra de appell. Super, lib. i. in fine,[14] dumtamen non in fraudem factum esset, arg. supra de appell. Ad hec, lib. ii.[15] Arg. contra quia tempus date est considerandum, supra de rescript. Eam, lib. ii.[16] jo. *et irritum*: Ex hoc uidetur quod post sententiam possit obici de suggestione falsi, arg. infra de sent. et re iud. c.i. in fine[17] et de sent. et re iud. Causam, lib. ii.[18] infra de conces. preb. non uac. Cum nostris,[19] quia quicquid per litteras subreptitias factum est, retractatur, infra de offic. uic. c. unico,[20] etiam absente altera parte, ut infra de sent. et re iud. Cum olim,[21] arg. infra de sent. excomm. c.i.[22] ff. de iud. Si pretor.[23] xxxv. q.ix. Veniam.[24] Item quia exceptio falsi obicitur post sententiam, ut infra de probat. Licet,[25] et iste qui suggessit falsum, falsarius dicitur, ff. de falsis, Si quis obrepserit,[26] et est arg. ad hoc ff. quando act. de pecul. annal. est l.ii.[27] Item nec uidetur quod tales littere dent iurisdictionem, infra de offic. del. Ex litteris, in fine.[28] Econtra uidetur quia a sententia non est appellatum, unde transit in rem iudicatam. Datur enim iurisdictio per tales

cut talis executor non potest cognoscere an iusta uel iniusta sit sententia, sic nec debet cognoscere an sit nulla uel aliqua, et est arg. contra eos C. de fals. l.ii.[49] C. de prec. imper. offer. authen. Que supplicatio.[50] Videtur tamen quod talis executor summatim possit cognoscere de incidentibus questionibus, ut ff. de re iud. A diuo § Si super rebus;[51] et quod dicitur supra de sent. et re iud. De cetero,[52] quod adiacentes questiones debet referre ad superiorem, uerum est, ut ibi plene cognoscatur. Mixta dicitur executio que est annexa iurisdictioni, ut cum papa mandat alicui restitui rem suam, uel mandat alicui dari prebendam coram tali executore, semper admittende sunt exceptiones quantumcumque absolute scribat, ut supra eodem, Ex parte, lib. i.[53] xxv. q.ii. Et si non cognitio [54] et supra eodem, Si quando, lib. i.[55] et supra de etate et qual. Eam,[56] supra de rescript. Cum adeo, lib. eodem.[57] Signari potest contrarium huic ff. de confess. l. Cum fideicommissum,[58] ubi dicitur quod executor possit absoluere illum qui confessus est coram iudice se debere; set ibi non loquitur de executore, set potius de iudice. Variis enim modis consueuit intelligi; et hec que dixi uera sunt quod executor tenetur exequi sententiam, nisi appelletur: tunc enim tenetur ei deferre si habet probabilem causam appellandi; alias puniretur executor, nisi resisteret iudici, ut ii. q.vi. Decreto,[59] C. de appell. Quoniam [60] et C. de iur. fis. Prohibitum est, lib. x.[61] Item si sententia est euidenter contra ius, non tenetur eam exequi, ut xi. q.iii. Non semper,[62] xxiii. q.i. Quid culpatur,[63] l. di. Si quis prepostera.[64] Secus si alias fuerit iniusta, ut xxiii. q.v. Lex eterna et Cum minister.[65] Et si executor ignoranter exequitur aliquam sententiam quam credit iustam, non tenetur, ut in constitutione Innocentii, Sacro,[66] ff. ui bonorum rap.

59 nec] non Vc LLu 61 cognoscere] agnoscere PVc 62 dicitur *om.* PCVc, quod dicitur *om.* FL^{ac}Lu 63 adiacentes] in *praem.* PC^{ac}VcMd, incidentes FLLu 64 cognoscatur] de eis *add.* Pr PCVcAbMd FLLu 65 annexa] an ex ea PVc, antea ex ea Lu, ante ex ea FL^{ac} 66 dare Vc FL^{ac}Lu 67 quamcumque PCVcMd LLu 68 cognitio] cognitionem A^{ac}, cognitam Pr 70-71 confess. *scripsi cum* A^{pc} : fideicomm. *codd.* 74 nisi] si *add.* A^{ac}Pr C^{ac}, subaudi a iudice *add.* A^{2} 78 euidenter] euidens FL^{ac}Lu 80 fuit P Lu 82 Sacro] approbante concilio *add.* PCVc FLLu

[49] Cod. 9.22.2 [50] post Cod. 1.19.5 (ex Nov. 119.5) [51] Dig. 42.1.15.4 [52] 1 Comp. 2.19.7 (X 2.27.5) [53] 1 Comp. 1.21.17 (X 1.29.12) [54] C.25 q.2 p.c.16 § 4 [55] 1 Comp. 1.21.10 (X 1.29.8) [56] 1 Comp. 1.8.5 (X 1.14.4 et 3.38.22) [57] 3 Comp. 1.2.7 (X 1.3.17) [58] Dig. 42.2.7 [59] C.2 q.6 c.11 [60] Cod. 7.62.21 [61] Cod. 10.1.5 [62] C.11 q.3 c.92 [63] C.23 q.1 c.4 [64] D.50 c.27 [65] C.23 q.5 c.15 et c.14 [66] 4 conc. Lat. c.47 (4 Comp. 5.15.5 [X 5.39.48])

l.ii. § Si publicanus.[67] jo. *a rege*: simile supra xviii. di. Si episcopus.[68] Per hoc patet quod hec clausula, 'si non omnes', etc., non spectat ad temporales impotentias, quia secundum hoc iudex qui quandoque non potest interesse non posset committere uices suas alii, ut dicam infra de paroch. Coram.[69] Set uidetur quod iudex iste potius tenetur mandato pape obedire quam archiepiscopi uel regis, ut xi. q.iii. Qui resistit,[70] ff. de re iud. Contra.[71] Set dic cum utrique possit obedire diuersis temporibus, utrique tenetur obedire, ff. de oper. liber. Duorum,[72] immo propter propria commoda potest deserere iudicium, ff. de iud. Si longius.[73] jo. *ipsam puniat*: quanti interest aduersarii iudicem non uenisse, ut ff. de eo per quem fac. est l.ult.[74] ff. ne quis eum qui in ius uoc. Si per alium.[75] *appellatione remota*: Set nonne illud licite potest facere per id quod dicitur, supra eodem, Super?[76] Dic ergo quod etiam tunc negotium totum non tantum partem potest committere remota appellatione, si spes est quod illa die possit terminari. Vel dic quod hoc permittitur iudici ut inhibeat remedium appellationis, ut nec etiam ad ipsum possit appellari in hoc casu; alias nichil adiceret precedenti decretali. jo.

8. Ex litteris *eisdem*: patriarche. *de prioribus*: ad primicerium et suum coniudicem impetratis. *frater noster Castell.*: Castellanus, nam episcopus Venetorum dicitur Castellanus. *requisitus*: ⌜idem patriarcha.⌝ *supposuit interdicto*: quod facere potuit, ut supra eodem, c.ii. et c. Sane;[1] et non intelligas quod istud fecerit pro iniuria sue persone, quia hoc non liceret, arg. xxiii. q.iiii. Inter.[2] *obtentis expressam*: Hoc ideo dicit quia

83 jo. *om.* PCVc FLLu episcopis PVc FLLu 85 potest] posset PCVcMd FLLu 86 posset] posse P^{ac}Vc uices suas *om.* PCVcMd FLLu 89 posset PCVc FLLu possit–utrique *om.* Md (*homoiotel.*) 89-90 diuersis–obedire *om.* C^{ac} (*homoiotel.*) 90 teneretur P FL^{ac}, tenentur Pr Vc 90-91 commoda propria *tr.* Vc FLLu 91 jo. *om.* PCVc FLLu 95 totum negotium *tr.* PCVc FLLu 96 die illo *tr.* PC, die illa *tr.* Vc FLLu 97 terminare FLLu 99 jo. *om.* PC^{ac}Vc FLLu

8 2 Castellanus] Castell. PCVcMd, Stellanus Ab, Castellus F, Castelis LLu 3 Venatorum PMd FL^{ac}Lu 2-3 Venetorum episcopus *tr.* PC Venetorum dicitur episcopus *tr.* FLLu 3 Castellus FLLu Idem patriarcha PCVcMd FLLu : *om.* APr Ab 5 et *om.* FLLu non[1]] nec PC^{ac}VcMd FLLu 6 Inter] jo. *add.* A^{2} ideo *om.* FL^{ac}Lu quia] quod LLu

[67] Dig. 47.8.2.20 [68] D.18 c.13 [69] 3 Comp. 3.22.1 (X 1.29.34) [70] C.11 q.3 c.97 [71] Dig. 42.1.54 [72] Dig. 38.1.49 [73] Dig. 5.1.18 [74] Dig. 2.10.3 [75] Dig. 2.7.5 [76] 3 Comp. 1.18.6 (X 1.29.27)

8 [1] 1 Comp. 1.21.2 (X 1.29.1) et 1.21.3 (X 1.29.2 et 2.27.9) [2] C.23 q.4 c.27

potest esse quod expressam faciunt mentionem priorum, et tamen non reuocant eas, quia per falsitatem sunt obtente, ut supra de rescript. Ceterum, lib. i.[3] et est simile supra eodem, Peruenit, lib. i.[4] Que autem ad hoc exigantur dixi supra de rescript. Super, lib. eodem.[5] jo. *si subdelegatus*: Hic euidenter patet quod iudex subdelegatus habet cohertionem et infra de sent. et re iud. Cum Bertoldus[6] et supra eodem, Pastoralis,[7] et etiam iudex delegatus ab episcopo, xi. q.i. Peruenit;[8] immo et secundum leges subdelegatus habet modicam cohertionem, ut C. de spor. l.ii.[9] ff. de iur. om. iud. l.ult.[10] et C. de defen. ciu. Defensores nichil[11] et ff. si quis ius dic. non ob. l.i.[12] Immo et arbiter habet cohertionem, ut ff. de arbit. Non ex omnibus.[13] Dicunt tamen quidam quod delegatus ab ordinario non habet aliquam cohertionem, ut ii. q.vi. Quisquis[14] et supra de foro com. Si quis[15] et ff. de re iud. A diuo,[16] nisi si lis sit contestata coram ipso, ut in authen. de exib. reis § Si uero quidam, coll. v.[17] et in authen. de litig. § Omne.[18] Vnde non potest mittere in possessionem, ut ff. de iurisdict. om. iud. Iubere.[19] jo. *satisfactum*: Hoc dicunt generale esse, ubi quis pro delicto excommunicatur ut prius satisfieri debeat, ut infra de uerb. sig. Ex parte,[20] aliud ubi pro contumacia, ut supra de offic. ord. Quesitum.[21] Set huic solutioni obuiat supra de appell. Qua fronte,[22] ubi dicit 'siue fuerit pro contumacia siue pro qualibet causa'; set illud ibi statuitur ne in excommunicatione decedat. Si tamen non potest statim satisfacere, absoluetur, arg. ff. de re iud. Si se § i.[23] Nec intelligas istud de illa satisfactione prout dicit lex 'satisfacere dicimus quemadmodum uoluerit aduersarius', ut ff. de pig. act. Si rem.[24] Set ista satisfactio iudicis inquisitioni relinquitur; similis satisfactio ii. q.v. Mennam et c. Presbyter.[25]

---

7 tamen] tantum PVc FL^{ac} 8 falsitatem] felicitatem P F^{ac}L^{ac}Lu 10 jo. *om.* PCVc FLLu 13 immo] uel una Lu, in una F^{ac}L 15 iur. om. iud.] offic. eius qui mand. est iur. A^{2} (Dig. 1.21.5) 18 aliquam *om.* Pr FLLu 19 nisi] nam si C^{ac}Vc si] sic P, *om.* CVc FLLu sit lis *tr.* Vc FLLu 21-22 ut–iurisdict. *om.* C^{ac} 22 jo. *om.* PCP^{pc}Vc FLLu esse generale *tr.* PCVc LLu 24 contumacio FL^{ac}Lu 26 siue^{1} *om.* PCVc fuerit] fuit PCVc, pro contumacia fuit *tr.* FLLu 27 excommunicatione] executione L^{ac}Lu 29 dicimus] debemus FLLu 31 q.v. C F : q.vi. APr PVc L^{ac}Lu

---

[3] 1 Comp. 1.2.3 (X 1.3.3) [4] 1 Comp. 1.21.13 (X–) [5] 3 Comp. 1.2.10 (X 1.3.20) [6] 3 Comp. 2.18.8 (X 2.27.18) [7] 3 Comp. 1.18.7 (X 1.29.28) [8] C.11 q.1 c.39 [9] Cod. 3.2.2 [10] Dig. 2.1.20 [11] Cod. 1.55(56).5 [12] Dig. 2.3.1 [13] Dig. 4.8.39(44) [14] C.2 q.6 c.19 [15] 1 Comp. 2.2.1 (X 2.2.1) [16] Dig. 42.1.15 [17] Auth. 5.6 (Nov. 53).4 med. [18] Auth. 8.8 (Nov. 112).2.1 med. [19] Dig. 2.1.4 [20] 3 Comp. 5.23.7 (X 5.40.23) [21] 1 Comp. 1.23.2 (X–) [22] 1 Comp. 2.20.41 (X 2.28.25) [23] Dig. 42.1.4.1 [24] Dig. 13.7.9 [25] C.2 q.5 c.7 et c.13

jo. *recepisse iurisdictionem*: Ex hoc uidetur quod priores littere sint irrite ipso iure. Quid de hoc iuris sit, dixi supra de rescript. Constitutus, lib. eodem.[26] jo. *irritam*: Ex hoc uidetur quod patriarcha siue metropolitanus non est iudex totius prouincie, alias teneret sententia eius. Set istud ideo fuit quia non intendebat ferre sententiam ut ordinarius, arg. supra eodem, Cum super.[27] jo.

9. LICET VNDIQVE *solus officium*: Sic patet quod si tribus est causa commissa per illam clausulam, 'quod si non omnes', etc., duobus mortuis non potest unus procedere, sic ff. de arbit. Parui, in fine.[1] Arg. contra ff. de fideicom. l. Si legatario § i.[2] jo. *uti ceperit*: Istud non uidetur posse stare, quia si moriens totam suam iurisdictionem transtulit in suos coniudices, quid refert siu emoriatur siue non? Nam si uiueret, expressa uoce non posset reuocare iurisdictionem, cum nichil sibi retinuerit, ut supra eodem, Super.[3] Ergo multo fortius per mortem non reuocatur, quia uox uiua reuocat mandatum ubi mors non reuocat, ut ff. de procurat. Si defunctus.[4] Ad hoc potest dici quod si delegauit iurisdictionem penitus eam a se transferendo, in eo casu per mortem non extinguitur. Set si delegauit cognitionem cause, tunc secus quia tunc adhuc iurisdictio remanet apud ipsum, licet exercitium iurisdictionis habeant coniudices. Contra hanc solutionem est ff. de iur. om. iud. Et quia.[5] Vel dic quod mors hic reuocat, licet non posset expressa prohibitio. Vel dic quod numquam potest ita a se abdicare iurisdictionem, quoniam alique reliquie ibi maneant, arg. de con. di.iiii. Si baptizata, in fine,[6] ff. de hiis qui sui uel alieni iuris sunt, Patre, in fine.[7] Videtur enim quod retineat ius exequendi sententiam et illud iudicis dandi licentiam, ut dixi supra eodem, Super questionum, lib. eodem.[8] Item morte litigatoris soluitur mandatum, ut ff. qui satisdat. cog. Si fideiussor,[9] licet sit arg. contra supra de iud. Quia,[10]

---

32 jo. *om.* PCVc FLLu 32-34 *gl. s.v.* 'iurisdictionem nullam' PCVc FLLu 32 sunt PCVc FLLu 33 irrite] irretite PVc^{pc} L^{ac}Lu, irritate F, irriretite Vc^{ac} iuris] iure LLu 34 jo. *om.* PCVc FLLu 35 prouincie] infra de offic. ord. Pastoralis i. responso *add.* A^{2} (3 Comp. 1.20.5 (X 1.31.11]) 37 jo. *om.* Pr PCVc FLLu

9 4 jo. *om.* PCVc FLLu 11 casu] causam FLLu 12 adhuc *om.* FLLu 16-18 maneant–retineat *om.* Vc 18 retineant LLu ius *scripsi cum cett.* : in APr Ab 18-19 sententiam *om.* PCVcMd FLLu 20 lib. eodem *om.* PCVc FLLu

---

[26] 3 Comp. 1.2.9 (X 1.3.19) [27] 3 Comp. 1.18.2 (X 1.29.23)

9 [1] Dig. 4.8.7 [2] Dig. 40.5.22.1 [3] 3 Comp. 1.18.6 (X 1.29.27) [4] Dig. 3.3.15 [5] Dig. 2.1.6 [6] De con. D.4 c.132 [7] Dig. 1.6.8 [8] 3 Comp. 1.18.6 (X 1.29.27) [9] Dig. 2.8.7 [10] 2 Comp. 2.1.4 (X 2.1.11)

supra de eo qui mit. in pos. Prior.[11] ff. de fideicom. lib. Cum quasi, in principio.[12] Set quid si plures sunt cause commisse, et super una causa facta est citatio, numquid perpetuatur iurisdictio quoad alias? ii. q.vi. § Abolitio et § Diffinitiua, uersu, 'Quandoque'[13] et ff. de appell. Cum in una.[14] Set ius uidetur expresse in contrarium, C. de duo. reis l.ult.[15] Ceptam autem intelligo iurisdictionem si citatio facta est, ut supra eodem, Gratum, lib. i.[16] ff. de iud. Si quis postea[17] et lxxxi. di. Tantis,[18] nec distinguo an citatio fuerit peremptoria uel non. Item non distinguo an citatio fuerit facta cum missione libelli uel non, licet res non dicatur litigiosa ante libelli oblationem, ut in authen. de litig. in principio.[19]

10. CVM IN IVRE *super mandato*: Nota quod licet exhibeatur sententia delegati, non creditur ei nisi appareat commissio, nam nec ipsi iudici crederetur, si se diceret iudicem, ut infra de testi. c.i.[1] et C. de arbit. l.iiii. § Sin autem,[2] ubi dicitur quod arbitro non creditur si dicat partes per iuramentum compromisisse in eum, ad hoc ut teneat sua sententia. Et sic curiose tenetur custodire litteras pape ut possit probari commissio facta, quia non sufficeret in posterum solam sententiam exhibere. Si tamen potest probari quod fuit publicatum in iudicio, sufficit, ut infra de priuil. Cum olim,[3] C. de testa. Publicati.[4] Item si sententia redacta est in publicam cartam, sufficit, ut infra de testi. c.ult.[5] in authen. ut fratrum filii, coll. viiii. § i.[6] licet sit arg. contra, infra de sent. Cum inter.[7] Item sufficit si habet subscriptionem aliquorum testium, ut xvi. q.iii. § Potest,[8]

---

23 cause sunt *tr.* PCVc FLLu 24 alias] arg. quod non *add.* P FLLu 26 expressum PVcMd FLLu, expressim C 27 Ceptam PCVcMd FLLu : Exceptam APr Ab 28 lib. i. *om.* PCVc FLLu 29-30 peremptoria–fuerit *om.* PMd F^{ac} (*homoiotel.*) 31 principio] jo. *add.* PCVc FLLu

10 1-19 *gl. s.v.* 'de mandato' Pr CVcAbMd LLu 4 arbitro] arbitrio P FLu, arbito C^{ac} L^{ac} non] tunc Pr Ab 5 compromisisse *scripsi cum cett.* : compromisse A Ab sententia sua *tr.* CVc 7 facti P FLLu 8 fuerit PVc FLLu 9 Publicati Vc FLLu : Publicata APr PC 11 coll. viii. APr 12 aliquorum testium] aliquod testamentum P, aliquot testium CMd FLLu, aliquod testium Vc q.iii.] i. licet sit arg. contra infra de sent. *add.* A^2 Potest] Pater PVc F^{ac}LLu

---

11 2 Comp. 2.8.1 (X–) 12 Dig. 40.5.30 13 C.2 q.3 p.c.8 § 7 et q.6 p.c.41 § 19 14 Dig. 49.1.17 15 Cod. 8.39.(40).4.(5) 16 1 Comp. 1.21.23 (X 1.29.20) 17 Dig. 5.1.7 18 D.81 c.3 19 Auth. 8.8 (Nov. 112)

10 1 3 Comp. 2.12.1 (X 2.20.28) 2 Cod. 2.55(56).4.5 3 3 Comp. 5.16.2 (X 5.33.12) 4 Cod. 6.23.2 5 3 Comp. 2.12.14 (X 2.20.41) 6 Auth. 9.7 (Nov. 127).1 7 3 Comp. 2.18.3 (X 2.27.13) 8 C.16 q.3 p.c.7

uel si habet autenticum sigillum, ut supra de fide instrum. c.ii.[9] Hodie uidetur solus tabellio sufficere ad imponendum fidem sententie, ut in constitutione, Vt debitus.[10] Set numquid idem est in sententia legati? Non, dummodo constet eum tunc fuisse legatum. Item uidetur in sententia excommunicationis, ut si aliquis semel fuerit excommunicatus quod caute tenetur custodire litteras absolutionis, ut possit probare absolutionem, ut xxiiii. q.i. Miramur,[11] arg. C. de probat. l.i.[12] et viii. q.v. c. unico. jo.

11. CVM OLIM *attestationibus publicatis*: Non etiam debent proficere testimonia quam super quo testes sunt inducti, ut infra de testi. c.ii.[1] et C. qui legit. person. l.ultima[2] et ff. de iureiur. Si duo § Eum qui.[3] jo. *protinus*: Ex hoc patet quod si procurator excedit fines mandati domino sciente, quod hoc domino preiudicat, nisi statim contradicat, et infra de paroch. Coram,[4] supra de hiis que fiunt ab episc. c.ii.[5] ff. quod cum eo qui in alien. pot. l.ult.[6] ff. de instit. Set et si, in principio,[7] ff. ad Maced. Si filius,[8] C. de inoffic. testa. l.ii.[9] Nam si iudex scientibus partibus excedat fines, eis preiudicat, ut infra de sent. et re iud. Causam[10] et C. commun. utrius. iud. l.ii.[11] Alias numquam preiudicat factum procuratoris domino ubi excedat fines mandati ignorante domino, ut C. de procur. Si procurator.[12] Item patet hic quod iurisdictio iudicis delegati prorogatur de re ad rem, sicut prorogatur de tempore ad tempus, ut supra eodem, De causis.[13] Set numquid illa prorogata iurisdictio est ordinaria uel delegata? Vide-

---

13 c.ii.] c.iii. FLLu (1 Comp. 2.15.3 [X–]) 14 fidem] finem PCVcMd FLLu 14-15 in constitutione] constitutio Innocentii PCVc FLLu 15 debitus] extra iiii. de probat. Quoniam contra falsam *add.* A^2 (4 Comp. 2.6.3 [X 2.19.11] = 4 conc. Lat. c.38) legati] delegati Pr $F^{ac}L^{ac}Lu^{ac}$ Non] Fi P, *om.* $FL^{ac}Lu$ 16 constat PCVcMd $FL^{ac}Lu$ Item] Idem PC FLLu 17 fuit PVc FLLu 19 viii. q.v.] vii. q.i. $FL^{ac}Lu$ jo. *om.* PCVc FL

11 2 quam *om.* FLLu 3 jo. *om.* PCVc FLLu 8 inoffic. testa. l.ii.] nupt. Si ut proponis A^2 (Cod. 5.4.5 et 7) excedit FLLu 9 Causam] que *add.* PCVc LLu 10 ubi *scripsi* : nisi *codd.*, si A^{pc} 11 domino ignorante *tr.* PCVc FLLu 12-13 de re–prorogatur *om.* $L^{pc}Lu$ (*homoiotel.*) 14 prorogata Pr $C^{pc}AbLr$ L^{pc} : prerogata A F^{pc} N, prerogatiua PMdM $FL^{ac}LuH$, prorogatiua Vc G, porrogatiua C^{ac}

---

9 1 Comp. 2.15.2 (X 2.22.2) 10 4 conc. Lat. c.35 (4 Comp. 2.12.3 [X 2.28.59]) 11 C.24 q.1 c.37 12 Cod. 4.19.1

11 1 3 Comp. 2.12.2 (X 2.20.29) 2 Cod. 3.6.3 3 Dig. 12.2.13.1 4 3 Comp. 3.22.1 (X 1.29.34) 5 1 Comp. 3.9.2 (X 3.10.2) 6 Dig. 14.5.8 7 Dig. 14.3.7 8 Dig. 14.6.17(19) 9 Cod. 3.28.2 10 3 Comp. 2.18.4 (X 2.27.14) 11 Cod. 3.38.2 12 Cod. 2.12(13).10 13 1 Comp. 1.21.5 (X 1.29.4)

tur quod sit ordinaria, quia a lege habetur, ut ff. de iurisdict. om. iud. Et quia.[14] Econtra uidetur quod sit delegata, quia sortitur naturam prioris iurisdictionis, ut sicut ab illa non appellatur, sic nec ab ista, ut ff. de arbit. Labeo,[15] C. de iud. Cum specialis.[16] Immo uidetur quod penitus sit eadem iurisdictio cum priori, sicut idem est precarium cum prorogatur, ff. de precar. Set et si manente[17] et arg. ff. de offic. procon. Meminisse.[18] Ad hoc dico quod si aliquis consentit in suum delegatum de alia re quam ei commissa est, tunc dicam illam prorogatam iurisdictionem esse delegatam. Set si extraneus aliquis consentit in meum delegatum, tunc dico illam iurisdictionem esse ordinariam. Dicunt tamen quidam quod tantum ordinaria iurisdictio prorogatur, non delegata, nisi si esset delegata ad uniuersitatem causarum; set eis obuiat quod hic dicitur, et infra de sent. et re iud. Causam[19] et C. de iurisdict. om. iud. l.i.[20] ⌜et C. commun. utrius. iud. l.ii.[21] et ff. de iud. l.i.⌝ et l. De qua re § i.[22] Item uidetur quod si iudex in modico excedat fines mandati sine consensu partium, quod hoc non noceat, quia non debet tantis angustiis artari potestas iudicis, ut C. de appell. l.ult. in fine,[23] arg. ff. de opt. leg. Mancipiorum.[24] Item nota quod licet procurator non possit prorogare causam de re ad rem, tamen potest eam prorogare de tempore ad tempus, ut ff. de procurat. Qui procuratorem.[25] Item procurator potest prorogare mandatum ad id quod est ⌜uicinum mandato⌝, ut supra de postul. Bone,[26] ff. iudicatum solui, Iam tamen § ult.[27] Item et ad sequelam mandati siue ad accessorium illius, ut ff. de inst. Cuicumque § penult. in fine.[28] An autem dolus uel negligentia procuratoris domino noceat, dicam infra ut lite non contest. Ad hec.[29] jo.

---

15 a *om.* FL^{ac}Lu 18 eadem sit *tr.* PCVc, eadem *om.* FL^{ac}Lu 21 consenserit Vc FLLu in *om.* F^{ac}Lu quam] que FLLu 22 prorogatam A^{pc}Pr C^{pc}Ab F^{pc}L^{pc} : prorogatiuam A^{ac} Vc, prerogatiuam PMd F^{ac}L^{ac}Lu delegatam esse *tr.* PVc FLLu 23 in] esse Vc F^{ac}L^{ac}Lu meum *scripsi cum cett.* : me non APr Ab, in eum FLu 27-28 et C.^{2}–l.i. Pr PCVcAbMd LLu : *om.* A F (*homoiotel.*) 30 artari] talis *add.* FL^{ac}Lu 31 opt. VcMd : adopt. A^{ac}Pr PCAb FLLu 33 prorogare] mandatum *add.* PCVcMd FLu 34-35 ad id–mandato *om.* Ab (*homoiotel.*) 35 uicinum mandato PCVc FLLu : merum mandatum A^{ac}Pr postul. *scripsi cum cett.* : procur. APr Ab 36 ad^{1} *om.* P FL^{ac}Lu mandata F^{ac}LLu 37 An] Quando FLLu 38 jo. *om.* PCVc FLLu

---

[14] Dig. 2.1.6 [15] Dig. 4.8.3 [16] Cod. 3.1.18(16) [17] Dig. 43.26(25).5 [18] Dig. 1.16.10 [19] 3 Comp. 2.18.4 (X 2.27.14) [20] Cod. 3.13.1 [21] Cod. 3.38.2 [22] Dig. 5.1.1 et 5.1.74.1 [23] Cod. 7.62.39(37) [24] Dig. 33.5.6 [25] Dig. 3.3.57 [26] 3 Comp. 1.4.3 (X 1.5.3) [27] Dig. 46.7.5.8 [28] Dig. 14.3.5.16 [29] 3 Comp. 2.3.1 (X 2.6.1)

19. DE OFFICIO LEGATI

1. NISI SPECIALIS: Nota quod iudex ratione amicitie potest remittere penam, ut l. di. Clerico,[1] xxxv. q.ix. Veniam,[2] licet pro pretio non possit eam dimittere, ut supra de symon. Nemo[3] et i. q.i. Nullus.[4] jo. *pena docente*: Si stultus fuit in culpa, sapiens sit in pena, xxxviii. di. Qui ea.[5] *speciale mandatum*: supra de translat. Inter,[6] vii. q.i. Mutationes.[7] jo.

2. QVOD TRANSLATIONEM *pontifici reseruata*: Quedam sunt que specialiter spectant ad papam, ut questio fidei, ut xxiiii. q.i. Quotiens;[1] item maiora negotia, ut ii. q.vi. Omnis oppressus;[2] item depositio episcopi, ut iii. q.vi. Quamuis et Dudum;[3] item restitutio episcoporum, ii. q.vi. Ideo.[4] Item solus ipse agit de ipsorum renuntiatione, vi. q.iii. Denique,[5] et de eorum mutatione, ut hic et vii. q.i. Mutationes,[6] et de eorum exemptione, xvi. q.i. Frater.[7] Item ipse solus commutat uotum, ut infra de uoto et uoti redem. Ex multa.[8] Item solus transfert electum confirmatum, supra de translat. Inter.[9] Item solus dispensat in maioribus criminibus, supra de iud. At si clerici.[10] Item solus potest onerosam consuetudinem ecclesie amouere, infra de regul. Exposuisti.[11] Item ad eum solum appellatur omissis mediis, ii. q.vi. c.iii. et iiii. Item solus facit uniuersale concilium, ut xvii. di. c.i. Vnde non concedo quod legatus possit facere uniuersale concilium, quia soli pape concessa nemo potest sibi usurpare, ut xvii. di. Huic sedi,[12] ff. de iur. om. iud. l.ii.[13] Similiter dico quod non potest

---

19.1 2 Veniam *scripsi cum* C^{pc} F^{pc} L^{pc} : Verum APr PC^{ac}VcAbMd F^{ac}L^{ac}Lu potest PCVcMd FLLu 3 dimittere] remittere PCVcMd FLLu jo. *om.* PC^{ac}Vc FLLu 4 sit] fuit PC^{ac}Vc Lu, erit C^{pc} FL Qui ea *scripsi* : Quia ea APr P^{pc}Vc FLLu, Quid ea P^{ac}

2 2 ad papam spectant *tr.* Pr PCVcMd FLLu 3 q.vi.^{1}] Quamuis et Dudum. Item restitutio episcoporum *add.* A^{2} Omnis] Cum P, Omnes VcAb FLLu 5 ipse] episcopus F^{ac}L^{ac}Lu 6-7 Mutationes–q.i. *om.* Vc 6 exemptione] exceptione PCMd F^{ac}L 7 Item *om.* FLu solus ipse *tr.* PCVc FLLu 10 clerici *om.* PCVc FLLu 12 consilium Pr CAb 14 concessa] est *add.* PC^{ac} L^{ac}Lu, est potestas *add.* F sibi *om.* PCVc LLu

---

19.1 [1] D.50 c.37 [2] C.35 q.9 c.5 [3] 1 Comp. 5.2.13 (X 5.3.14) [4] C.1 q.1 c.100 [5] D.38 c.10 [6] 3 Comp. 1.5.2 (X 1.7.2) [7] C.7 q.1 c.34

2 [1] C.24 q.1 c.12 [2] C.2 q.6 c.3 [3] C.3 q.6 c.7 et c.9 [4] C.2 q.6 c.10 [5] C.6 q.3 c.3 [6] C.7 q.1 c.34 [7] C.16 q.1 c.52 [8] 3 Comp. 3.26.5 (X 3.34.9) [9] 3 Comp. 1.5.2 (X 1.7.2) [10] 1 Comp. 2.1.6 (X 2.1.4) [11] 3 Comp. 3.24.5 (X–) [12] D.17 c.3 [13] Dig. 2.1.2

adiri legatus per simplicem querelam, ut xi. q.i. Peruenit,[14] simile xviii. q.ii. Cognouimus,[15] vi. q.iii. Scitote.[16] Nec obstat supra eodem, c.i. lib. i.[17] quia ille fuit et ordinarius et legatus, unde si non habuisset tale ius, secundum hoc ius legationis inutile fuisset apud eum. Item quedam alia sunt que non potest facere legatus, ut dare prebendam non uacantem, ut infra de prebend. Dilectus.[18] Item nec absoluere excommunicatum pape, ut supra de elect. Venerabilem,[19] nec excommunicatum delegati a papa, ut supra eodem, Studuisti, lib. ii.[20] ⌜Set numquid legatus potest iudicare de hiis que sunt tantum pape? Arg. est hic quod non, ut xvii. di. Huic sedi[21] et ff. de iurisdict. om. iud. l.i.[22] Arg. quod potest xvi. q.i. Frater noster.[23] Dico quod potest, melius tamen facit si abstineat a talibus, ut ff. de offic. procon. Nec quicquam.[24] jo.⌝ *absolutio qui*: Hoc intelligunt quidam in hiis legatis qui non sunt ordinarii, secus in hiis qui sunt ordinarii, ut arg. supra de sent. excomm. Ad eminentiam,[25] uel potest dici idem esse in omnibus, arg. supra eodem, c.i. lib. i.[26] jo. *episcopatus unire*: supra de exces. prelat. Sicut unire.[27] jo.

3. LICET TRANENSES *subscriptionibus roborato*: supra lxi. di. Episcopus.[1] *iuramentum recepimus*: supra de elect. Cum dilectus, lib. eodem.[2] *transtulerat*: In hoc deliquid, ut ii. q.i. Nomen[3] et iii. q.vi. Multum.[4] Nam eo ipso quod iudex dicit se uelle transferre, non potest a modo cognoscere, ut C. de relat. l.i.[5] et C. de appell. Ex illo.[6] Set illud uerum est quando relatio est approbata a partibus, ut C. de relat. l.ii.[7] jo. *nimis examinare*: Posset tamen examinare negotium, non ut diffiniret illud, set ut causam instructam transmittat, ut infra de appell. Constitutus.[8] *tamquam*: supra xi. q.i. c.penult.[9] *fuerat translatum*: supra ii. q.i. Nomen,[10] supra de postul. Bone,[11] C. de relat. l.ii.[12]

4. DILECTVS FILIVS *plus iuris*: Immo ex presentatione non consequitur presentatus aliquod ius, infra de iure patron. Pastoralis,[1] set ex institutione bene quandoque cessante presentatione, set numquam econuerso, supra de iure patron. Quoniam, lib. i. Dilecti, Suggestum.[2] Patronus enim tantum gratie innititur in presentando, ut xvi. q.ii. Si quis episcoporum.[3] Set illa gratia ei permittitur propter dilectionem quam habuit ad talem locum; ad instar eius quod dicit lex quod tenetur ei dare tutorem qui instituit heredem illum qui nichil habuit, qui in tantum eum dilexit, ut eum nichil habentem heredem instituat, ut ff. de confir. tut. l.iiii.[4] jo. *in concessione*: Certe hec ratio non sufficit quia secundum hoc episcopus posset dare ecclesias irrequisito patrono, quod esse non debet, ut xvi. q.vii. Decernimus.[5] Consueuit hic dici quod si aliquis ratione patrimonii habet ius presentandi, tunc legatus irrequisito patrono non potest instituere, secus si habet ius patronatus ab ecclesia, ut infra de iure patron. Cum dilectus.[6] Set nulla est ratio quare plenius ius habeat ⌜papalis legatus⌝ hic quam ibi; preterea solus princeps potest priuare aliquem re sua, ut ix. q.iii. Cuncta et c. Per principalem[7] et C. de quadrien. pres. Bene.[8] Item uidetur expressum quod hoc non spectet ad legatum, supra de appell. c.i. lib. i.[9] et infra de conces. preb. Quia.[10] Immo nec rescripto principis aufertur alicui libera electio, ut C. de duo. reis l.ii.[11] Ad hoc dicunt

---

16 xi.] xvi. CVcMd FL^{ac}Lu (C.16 q.1 c.9) simile] arg. PCVc FLLu 18 legatus et ordinarius *tr.* PCVc FLLu 23-27 Set numquid–jo. APr PVcAbFcLr FLLuGHS N : *om.* CMdM 26 melius PVcFc FLLu : male APr, bene Ab 27 Nec quicquam G^{pc} N *et Gl. ord. X ad loc.* : Non numquam APr Ab, Quemquam P, Nec quemquam VcFc, Ne quaquam Lr F^{ac}LLuG^{ac}HS jo. *om.* Pr PVc FLLu 28-29 ordinarii–sunt *om.* FLLu (*homoiotel.*) 30 omnibus] iudicibus *add.* FLLu 31 supra–unire *gl. praecedenti iungunt* FLLu jo. *om.* Pr PCVc FLLu

3 1-2 Episcopos P, Episcopo Vc 2 supra] s. simile *praem.* Pr, simile *praem.* PVcMd LLu, s. i. *praem.* C, sic *praem.* F dilectus] filius H. *add.* PCVc FLLu lib. eodem *om.* Pr P 4 dicat FLLu 5 relat.] relig. FL^{ac}Lu (Cod. 3.43.1 *vel* 3.44.1) illo] eo APr Ab 6 jo. *om.* PCVc FLLu

---

[14] C.11 q.1 c.39 [15] C.18 q.2 c.19 [16] C.6 q.3 c.2 [17] 1 Comp. 1.22.1 (X 1.30.1) [18] 3 Comp. 3.5.6 (X 3.5.19) [19] 3 Comp. 1.6.19 (X 1.6.34) [20] 2 Comp. 1.13.1 (X 1.30.2) [21] D.17 c.3 [22] Dig. 2.1.1 [23] C.16 q.1 c.52 [24] Dig. 1.16.9 [25] 2 Comp. 5.18.9 (X 5.39.20) [26] 1 Comp. 1.22.1 (X 1.30.1) [27] 2 Comp. 5.13.4 (X 5.31.8)

3 [1] D.61 c.11 [2] 3 Comp. 1.6.17 (X 1.6.32) [3] C.2 q.1 c.12 [4] C.3 q.6 c.8 [5] Cod. 7.61.1 [6] Cod. 7.62.13 [7] Cod. 7.61.2

9 supra–penult. *om.* FLLu Nomen *scripsi cum cett.* : Nemo APr Ab

4 3 quando FLu 4 enim *om.* PVc FL^{ac}Lu 5 inititur PAbMd innitititur C, intitur Vc LLu presentando] presentatione FL 7 tenetur] permittitur PVc FL^{ac}Lu 9 l.iiii. *scripsi* : l.iii. *codd.* jo. *om.* PC^{ac}Vc FLLu 12 Decernimus] Decreuimus APr Lu 15-16 papalis legatus PCVc G^{pc} : papa uel legatus APr AbMd^{pc}M FLLuG^{ac}HS N, papalis uel legatus Md^{ac}, papa l'gatus Fc, papaue legatus Lr 16 aliquem priuare *tr.* PCVc FLLu 17 Bene] Bone PCVc F^{ac}LLu 19 Quia] Quoniam *codd.*

---

[8] 3 Comp. 2.19.3 (X 2.28.45) [9] C.11 q.1 c.49 [10] C.2 q.1 c.12 [11] 3 Comp. 1.4.4 (X 1.5.4) [12] Cod. 7.61.2

4 [1] 3 Comp. 3.30.4 (X 3.38.29) [2] 1 Comp. 3.33.4 (X 3.38.3), 24 (X–) et 25 (X 3.38.20) [3] C.16 q.2(5) c.8(1) [4] Dig. 26.3.4 [5] C.16 q.7 c.32 [6] 3 Comp. 3.30.3 (X 3.38.28) [7] C.9 q.3 c.17 et c.21 [8] Cod. 7.37.3 [9] 1 Comp. 2.20.1 (X 2.28.1) [10] 3 Comp. 3.8.2 (X 3.8.5) [11] Cod. 8.39(40).2

quidam quod hic archidiaconus indignum presentauerat; alii dicunt quod non fuit tunc presens, nec aliquem procuratorem reliquerat. Set uerius credo quod istud gratiam personalem continebat, sicut id quod alii legato concessit, infra de conces. preb. non uac. Constitutus.[12] Non presumant ergo legati conferre ecclesias uel prebendas in preiudicium aliorum, arg. infra de prebend. Dilectus.[13] jo.

5. NOVIT ILLE *animam tuam*: hoc ideo dicit quia procurator iurat in animam domini, ut lxiii. di. Tibi domino[1] et c. di. Optatum,[2] xvii. q.iv. Metuentes.[3] Set yconomus siue sindicus iurat in propriam animam, ut supra de iura. calump. In pertractandis.[4] jo. *fines regni*: Olim non poterat legatus principis mandare iurisdictionem antequam esset ingressus prouinciam, nisi necessariam haberet moram, ut ff. de offic. procon. Aliquando et l. precedenti.[5] Hodie potest, sententia sibi reseruata, ut in authen. coll. ix. de coll. § Antequam uero,[6] preter nouissimum supplicium uel membri abscisionem, ut ibi dicitur. jo. *terminos sue*: Ex hoc uidetur quod si legatus excessit prouinciam ad quam destinatus est, quod a modo nec excommunicare nec absoluere nec causas delegare possit in illa prouincia; et idem de aliis iudicibus ordinariis uidetur, ut ff. de offic. pres. l.iii.[7] ff. de iur. om. iud. l.ult.[8] Videtur tamen quod posset absoluere aliquos dum est extra prouinciam quia ea que spectant ad uoluntariam iurisdictionem exequitur extra prouinciam, ff. de offic. procon. l.ii.[9] Ad hoc dico quod nullus iudex potest excommunicare uel absoluere extra suam prouinciam, nam excommunicatio fit cum cause cognitione, ut ii. q.i. Nemo;[10] set ea que cause cognitionem desiderant fiunt iudice sedente pro tribunali, ut ii. q.iii. § Abolitio,[11] set in aliena diocesi non potest sedere

---

25 aliorum] clericorum FLLu 26 jo.] d. L, *om.* PC^{ac}Vc FLu

5 3 q.iv. C^{pc} L^{pc} : q.v. APr PC^{ac}Vc FL^{ac}Lu 4 pertractandum Vc F^{ac}LLu jo. *om.* PC^{ac}Vc FLLu 7 Aliquando] Aliquod P, Aliqua C, Et aliqui Vc, Aliqui Md LLu, Aliquam F^{ac} sententiam Vc L^{ac} reseruata PCVc F^{pc}L^{pc} : reserata APr, *om.* F^{ac}L^{ac}Lu 8 Antequam *scripsi* : Quia APr Ab, Qui PCVcMd, *om.* FLLu preter] quam *add.* FLLu 9 jo. *om.* PC^{ac}Vc FLLu 10 legatus PCVcMd FLLu : delegatus A^{ac}Pr Ab 12 illa] alia Pr FL^{ac} 17 nam] cum *add.* A Ab fit A^{pc} PCMd FLLu : fiat A^{ac}Pr Ab, sit Vc 18 set] si PVc F

---

12 3 Comp. 3.8.8 (X 3.8.11) 13 3 Comp. 3.5.6 (X 3.5.19)

5 1 D.63 c.33 2 D.100 c.4 3 C.17 q.4 c.32 4 1 Comp. 1.35.4 (X 2.7.3) 5 Dig. 1.16.5 et 1.16.4 6 Auth. 9.14 (Nov. 128).20 7 Dig. 1.18.3 8 Dig. 2.1.20 9 Dig. 1.16.2 10 C.2 q.1 c.11

pro tribunali, nec aliquid ibi disponere, ut ix. q.ii. Episcopum.[12] Item nec absoluere potest, quia si posset absoluere, per consequens et excommunicare, ut xxi. di. Denique.[13] Quod tantum in sua diocesi habeat iurisdictionem est arg. xi. q.i. Si quisquam[14] et xcii. di. Si quis episcopus.[15] ff. de rebus auct. iud. pos. Cum unus § penult.[16] Dicunt quidam quod possit extra diocesim excommunicare, arg. xi. q.iii. Si episcopus,[17] sicut Paulus excommunicauit Corinthium absentem, ut ix. q.iii. § ult.[18] Hoc tamen concedo quod extra prouinciam existens possit delegare causas in prouincia, ut ff. de offic. pref. urb. l.ult.[19] maxime si habet causam necessariam absentie, ut ff. de offic. procon. l. Aliquando.[20] Talis enim delegatio fit sine cause cognitione, licet qui delegat, imperet, ut supra titulo proximo, Pastoralis.[21] Si tamen ille nollet recipere, non posset eum excommunicare. Item et extra diocesim suam confert stipendia, licet illud fiat sine cause cognitione, ut infra de conces. preb. Post electionem.[22] Item si legatus dedit iudices in prouincia, numquid illi poterunt procedere postquam legatus excessit prouinciam? Dico quod sic, quia legatus adhuc habet iurisdictionem, licet eam non possit exercere, ut ff. de offic. procon. l.ult.[23] nam et in aliis ordinariis durat iurisdictio in tempus successorum, ut ff. de iud. Venditor § ult.[24] jo.

20. DE OFFICIO IVDICIS ORDINARII

1. QVANTO DEVOTIO *in claustro*: ut xvi. q.i. Si cupis.[1] *tales inueneris*: uel facti euidentia, ut infra de cohabit. cleric. Vestra,[2] uel inquisitione super hoc facta, ut supra de symon. De regularibus.[3] jo. *ad commoni-*

---

20 aliquid A^{pc} PC : aliquem A^{ac}Pr AbMd, aliquod Vc L^{ac}Lu disponere A^{pc} PC FLLu : deponere A^{ac}Pr VcAbMd 24 rebus] bonis *codd.* (*om.* C) Dicunt] tamen *add.* PVc FLLu 25 Si episcopus] forte *add.* PCVc FLLu 26 Corinthum Vc F 26-28 Hoc–l.ult. *om.* Vc (*homoiotel.*) 27 prouinciam] prouincias PC FL^{ac} 28 habet *om.* F^{ac}L^{ac}Lu 28-29 necessariam causam *tr.* PCVc FLLu 30 imperat PCVc F^{ac}LLu 31 eum *om.* FL^{ac}Lu 32 licet] cum A^{pc} C^{pc} 33-34 legatus A^{pc} FLLu : delegatus A^{ac}Pr PCVcAbMd 36 excercere Pr Lu 37 nam *om.* FLLu tempus] tempore FLLu 38 jo. *om.* PC^{ac}Vc FLLu

20.1 1 ut] supra PCVcMd FLLu 3 jo.] lib. ii. Pr PCVcAbMd FLLu

---

11 C.2 q.3 p.c.8 § 8 12 C.9 q.2 c.7 13 D.21 c.6 14 C.11 q.1 c.16 15 D.92 c.8 16 Dig. 42.5.12.1 17 C.11 q.3 c.4 18 C.9 q.3 p.c.21 19 Dig. 1.12.3 20 Dig. 1.16.5 21 3 Comp. 1.18.7 (X 1.29.28) 22 3 Comp. 2.8.4 (X 3.8.7) 23 Dig. 1.16.16 24 Dig. 5.1.49.1

20.1 1 C.16 q.1 c.5 2 2 Comp. 3.1.1 (X 3.2.7) 3 2 Comp. 5.2.7 (X 5.3.25)

tionem: supra de cohabit. cleric. Sicut ad extirpanda, lib. i.[4] *si prelati*: Hic liquet: cohertio monachi primo loco spectat ad abbatem, ut supra de appell. Reprehensibilis[5] et xxiiii. q.iii. Corripiantur.[6] Dicit tamen H. quod si agatur in figura iudicii, quod solus episcopus possit cognoscere de eius causa, set secus si agatur secundum regulam claustralem, ut xi. q.i. De persona,[7] C. de patria pot. l.iii.[8] Set probabilius uidetur dicendum quod quilibet prelatus ecclesie collegiate habeat iurisdictionem, ut xv. q.iiii. c.i. supra de emun. eccl. Non minus,[9] supra de iud. c.ii. lib. i.[10] C. de iur. om. iud. l.ult.[11] supra de offic. ordin. Cum ab ecclesiarum.[12] Et quod alios possit excommunicare, dicitur extra. de maior. et obed. Cum in ecclesiis, lib. iiii.[13] In omnibus hiis potissime aduerto consuetudinem, quia consuetudo dat iurisdictionem, ut ix. q.iii. Conquestus,[14] C. de eman. l.i.[15] jo.

2. AD REPRIMENDAM *pene certe*: supra di.iiii. Facte sunt.[1] *ab aliis*: simile ii. q.vi. Qui se scit.[2] *et uos ipsi*: simile supra eodem, Cum ab ecclesiarum, lib. i.[3] Vnde si aliquis est suspensus ab uno eorum, suspensus est etiam in aliorum diocesi, ut iiii. q.v. Quisquis.[4] Arg. contra ff. de postul. Ex ea[5] et lviii. di. c.ii. jo. *non suspendatur*: Hoc ideo quia illa sententia secum trahit suam executionem, ut infra de appell. Pastoralis.[6] Hinc est quod post x. dies non transit in rem iudicatam, quia et quandocumque potest peti absolutio. Vnde etsi taceat quis per x. dies, non intelligitur eo ipso acquieuisse sententie. Vnde concedo quod post x. dies uel quandocumque possit appellari a sententia excommunicationis ad metropolitanum, quantum ad hoc quod metropolitanus potest ipsum absoluere, prestita cautione. Set in hoc distinguo quod si sententia aliqua precessit excommunicationem, tunc appellatio non transfert ad superiorem

4 supra–lib. i. *om.* Vc lib. i. *scripsi* : lib. ii. *codd.* 5 liquet] quod *add.* Pr PCVcAbMd FLLu 6 H.] Hug. PCVcMd FLLu 8 set *om.* PCVc FLLu 10 xv.] xvi. Pr L^{ac} 11-12 C.–l. ult. *om.* FL^{ac}Lu 14 lib. iiii. A^{pc} C L : lib. iii. A^{ac}Pr PVc Lu, lib. ii. F 15 jo. *om.* PCVc FLLu

2 1-22 supra di.–episcopus jo. *om.* Lu 4 est *om.* PC^{ac}Vc HL 5 lviii. PCVc FHL : viii. APr Ab jo. *om.* PCVc FHL ideo] dicit *add.* FHL 7 quia] qui F^{ac}HL 8-10 potest–quandocumque *om.* FHL (*homoiotel.*) 11 ipsum potest *tr.* PCVc FHL 12-13 aliqua precessit excommunicationem] precessit appellationem H, appellationem aliqua precessit FL 13 appellatio non transfert] non prefertur appellatio Vc, non transfert appellatio Pr HL, appellatio *om.* F

4 1 Comp. 3.2.5 (X 3.2.4) 5 1 Comp. 2.20.42 (X 2.28.26) 6 C.24 q.3 c.17 7 C.11 q.1 c.38 8 Cod. 8.46(47).3 9 1 Comp. 3.36.4 (X 3.49.4) 10 1 Comp. 2.1.2 (X 2.1.2) 11 Cod. 3.13.7 12 1 Comp. 1.23.3 (X 1.31.3) 13 4 Comp. 1.14.2 (X 1.33.10) 14 C.9 q.3 c.8 15 Cod. 8.48(49).1

2 1 D.4 c.1 2 C.2 q.6 c.12 3 1 Comp. 1.23.3 (X 1.31.3) 4 C.4 q.5 c.1 5 Dig. 3.1.9 6 3 Comp. 2.19.11 (X 2.28.53)

aliquam iurisdictionem, quia illa sententia transiuit in auctoritatem rei iudicate. Set transfert ad ipsum tantum ius absoluendi, et tunc absoluet ipsum sub hac forma: quod stet iuri coram suo iudice. Set si nulla sententia precessit excommunicationem, quia tunc non solum ius absoluendi, set etiam iurisdictio translata est ad superiorem, tunc, primo prestita cautione standi iuri coram ipso, habet in obtione an ipse uelit absoluere an eum absoluendum remittere, ut supra eodem, Quesitum, lib. i.[7] Quid autem iuris sit de hac materia plene dixi super illa constitutione, Sacro[8] et xi. q.iii. Si episcopus.[9] jo. *conquestus ad ipsum*: bene dicit 'conquestus', quia si fuisset appellatum ad eum, non remitteret ad ipsum, nisi uellet, ut supra de offic. ord. Quesitum,[10] infra de sent. excomm. Per tuas.[11] Set contra, nonne cum conquestus sit, iter arripuit, ergo idem est acsi appellasset, ut infra de appell. Dilecti?[12] Set dic quod si post sententiam iter arripuit, iter arreptum non habetur pro appellatione uel non habetur pro appellatione in archiepiscopo. jo. *iuratoria*: uel alia si opus fuerit, ut xxiii. q.viiii. Vt pridem,[13] infra de presumpt. c.i. in fine[14] et supra de rescript. Ad hec, lib. i.[15] jo. *legitime tibi constiterit*: Set qualiter istud constabit nisi utraque parte presente, ut xi. q.iii. Excommunicatos,[16] quia 'causarum merita', etc., ut infra de sent. et re iud. Cum illius?[17] Maxime si est excommunicatus pro crimine, quia tunc prius satisfaciet leso quam absoluatur, ut infra de uerb. sign. Ex parte.[18] Videtur ergo quod superior primo inquiret an iste sit excommunicatus pro contumacia an pro crimine, ut xi. q.iii. Seruetur.[19] Ad hoc dico quod si iudex inferior excommunicauit eum non ad querelam alicuius, tunc potest ipsum absoluere, iudice non citato, quia nullum fit per hoc preiudicium iudici, ut ii. q.vi. Hoc etiam,[20] set si ageret ad hoc ut iudex puniatur per illam constitutionem, Sacro,[21] tunc esset citandus iudex. Si uero est excommunicatus

16 suo coram *tr.* F^{ac}HL^{ac} 22 jo. *om.* PC^{ac}Vc FHL 23 remitteret] transmitteret Vc L^{ac}Lu, transmitteres F 26-27 iter arripuit *om.* PCVc FL^{ac}Lu 27-28 uel–appellatione^{2} Pr PCVcAb LLu : *om.* A Md F^{ac} (*homoiotel.*) 27 habetur^{2}] haberetur PVc 28 jo. *om.* PCVc FLLu 30 jo. *om.* PC^{ac}Vc FLLu 30-44 Set–jo. *om.* Lu, *glossae praecedenti iungunt* FHL 32 si est *scripsi cum cett.* : sicut A^{ac}Pr, est *om.* Vc 35 excommunicatus sit *tr.* FHL 39 set *om.* HL^{ac} puniretur PVc FHL 40 Si uero] Siue P, Si non C^{ac} H est] idem Vc, *om.* FH

7 1 Comp. 1.23.2 (X–) 8 4 conc. Lat. c.47 (4 Comp. 5.15.5 [X 5.39.48]) 9 C.11 q.3 c.4 10 1 Comp. 1.23.2 (X–) 11 3 Comp. 5.21.14 (X 5.39.40) 12 3 Comp. 2.19.10 (X 2.28.52) 13 C.23 q.8 c.17 14 3 Comp. 2.14.1 (X 2.23.14) 15 1 Comp. 1.2.8 (X 5.39.12) 16 C.11 q.3 c.17 17 3 Comp. 2.18.1 (X–) 18 3 Comp. 5.23.7 (X 5.40.23) 19 C.11 q.3 c.73 20 C.2 q.6 c.37 21 4 conc. Lat. c.47 (4 Comp. 5.15.5 [X 5.39.48])

ad querelam alicuius, tunc dicam iudicem ipsum absoluere posse sub hac forma, ut iuret stare iuri uel satisfacere leso secundum quod qualitas cause requirit. Et sic absenti non fit preiudicium, nam eo presente et appellante posset absolui, supra de appell. Qua fronte, lib. i.[22] jo. *excommunicatum fuisse*: Hoc ideo dicit quia semper presumitur pro sententia ordinarii, ut infra de probat. c.i.[23] Hodie secus ut in constitutione, Quoniam contra.[24] Hic patet quod si constat de iniusta excommunicatione, nichil precipiendum est absoluto. Primo ergo iudex inquiret an absolutus sit iuste uel iniuste excommunicatus antequam aliquid ei precipiat ut hic patet, et infra de rest. spol. Litteras, in fine[25] et in constitutione, Sacro.[26] Si autem aliquis a suo excommunicatore petit absolutionem, tunc dico coram arbitris esse tractandum an iusta uel iniusta fuerit excommunicatio. Ipse enim iudex de hoc audire non potest, cum sit suspectus. Vel coram synodo audietur hec causa, ut xi. q.i. Si clericus.[27] jo.

3. DVO SIMVL *in canonibus*: Ponit hic tenorem illius capituli viiii. q.iii. Conquestus,[1] nec est necesse hic exponi, et superflue hic ponitur. jo.

4. QVOD SEDEM *utrum electus*: Eadem est questio. Certum est enim quod episcopus potest mandare uices suas, et ille tenetur recipere. Item et ordinandus tenetur recipere munus consecrationis ab ipso, licet forte in hoc grauetur, quia iudex superior illud suo iure facit, ut supra titulo proximo, Super.[1] Potest namque committere et ea que sunt iurisdictionis et ea que sunt ordinis, ut supra de elect. Transmissam, lib. ii.[2] vii. q.i. Pontifices.[3] Item satis potest dici secundum canones quod ea que sunt

43 fit] sit HL 44 lib. i. jo. *om.* PCVc FHL 45 dixit FL 46 constitutione] Innocentii *add.* PCVc FLLu 47 constet Pr Lu 48 percipiendum $F^{ac}L^{ac}Lu$ 49 ei aliquid *tr.* C Lu precipiatur FLu 50 constitutione] Innocentii *add.* PCVc FLLu 54 jo. *om.* $PC^{ac}Vc$ FLLu

3 1 viiii. PCVcMd FLLu : iiii. APr Ab 2 exponit P FLLu

4 1 Eadem] Nota quod non Lu, Non FL 2 episcopo CVc 2-3 Item–recipere Pr CVcAbMd LLu : *om.* A P F^{ac} (*homoiotel.*) 4 iure suo *tr.* PCVcMd FLLu 6 Transmissa *codd.*

[22] 1 Comp. 2.20.41 (X 2.28.25) [23] 3 Comp. 2.11.1 (X 2.19.7) [24] 4 conc. Lat. c.38 (4 Comp. 2.6.3 [X 2.19.11]) [25] 3 Comp. 2.6.3 (X 2.13.13) [26] 4 conc. Lat. c.47 (4 Comp. 5.15.5 [X 5.39.48]) [27] C.11 q.1 c.46

3 [1] C.9 q.3 c.8

4 [1] 3 Comp. 1.18.6 (X 1.29.27) [2] 2 Comp. 1.3.7 (X 1.6.15) [3] C.7 q.1 c.4

meri imperii possunt delegari, ut depositio, ut xxiii. q.iiii. Illud[4] et ii. q.vii. Sicut;[5] licet secundum leges non possit nisi cum delegans non potest adesse, ut ff. de offic. eius cui man. iur. l.i.[6] jo.

5. PASTORALIS *nequit inuitum*: Qualiter ergo delegabit metropolitanus hanc causam, si nemo cogitur recipere iudicium, nec ipsemet potest cognoscere? Respond. Partes potest cogere ut consentiant in aliquos. Videtur tamen quod in hoc casu bene posset cogere aliquos recipere iudicium, nam episcopus, a quo est appellatum, posset delegare, et iurisdictio episcopi per appellationem translata est ad superiorem, ergo et ipse posset delegare. Set dic quod licet sit eadem, non tamen eque efficax, sic supra titulo proximo, Super questionum.[1] Set numquid pari ratione episcopus non habet iurisdictionem in subditis sui suffraganei nisi appelletur ad ipsum? Dicunt plerique quod habet, arg. xi. q.iii. Qui resistit,[2] nam et appellatur ab archidiacono ad archiepiscopum omisso episcopo ut supra de prebend. Referente.[3] Item quia tales iudices sunt uicarii episcopi, ut supra de offic. arch. c.ii.[4] et xxv. di. Perlectis.[5] Set credo quod si tales prelati uel ex electione uel ex longa consuetudine habent ordinariam iurisdictionem, quod episcopus non potest cognoscere de causis ipsorum, nisi per appellationem, arg. supra de exces. prelat. c.ii. lib. i.[6] et vi. q.iii. Scitote,[7] xviii. q.ii. Cognouimus.[8] Gradatim enim procedent cause, nisi in principe solo, ut ii. q.vi. Anteriorum[9] et in constitutione Innocentii, In singulis.[10] jo. *quibusdam articulis*: qui enumerantur ix. q.iii. Conquestus.[11] Vtrum autem metropolitanus dicatur iudex ordinarius totius prouincie dubitari consueuit, et dicunt quidam quod sic. Set iurisdictionem habet ligatam, quod eam non potest exercere ut clericus peregrinus uel ut monachus, arg. ad hoc supra de rescript. Pastoralis, in fine,[12] et est arg. pro

8 xxiii. PVcMd FLLu : xxxiii. Pr Ab, xiii. A, xxiiii. C^{ac} 9 potest] possit Pr F 10 jo. *om.* $PC^{ac}Vc$ FLLu

5 3 cognoscere] forte *add.* PCVcMd FLLu 4 Videretur PCVcMd FLLu 7 eadem] ratio *add.* Pr, iurisdictio *add.* A^2 8 questionum *om.* PCVc FLLu 14 ex[1] *om.* FLLu 15 ipsorum] priorum $F^{ac}LLu$ 17 Scitote *scripsi* : Cognouimus *codd.* xviii.–Cognouimus *om.* VcMd FLu (*homoiotel.*) q.ii. *scripsi* : q.iii. APr PC L, q.iiii. Ab 18 solo principe *tr.* PCVc FLLu 19 jo. *om.* PCVc FLLu

[4] C.23 q.4 c.46 [5] C.2 q.7 c.46 [6] Dig. 1.21.1

5 [1] 3 Comp. 1.18.6 (X 1.29.27) [2] C.11 q.3 c.97 [3] 1 Comp. 3.5.9 (X 3.5.7) [4] 1 Comp. 1.15.2 (X 1.23.1) [5] D.25 c.1 [6] 1 Comp. 5.27.2 (X 5.31.2) [7] C.6 q.3 c.2 [8] C.18 q.2 c.19 [9] C.2 q.6 c.28 [10] 4 conc. Lat. c.12 (4 Comp. 3.12.2 [X 3.35.7]) [11] C.9 q.3 c.8 [12] 3 Comp. 1.2.3 (X 1.3.14)

istis, viiii. q.iii. c.ii. infra de prescript. Cum ex officii.[13] Alii dicunt contrarium, ut ix. q.iii. Nullus.[14] De hoc dixi ix. q.iii. c.ii. jo. *mortis articulo*: Ergo si est in obsidione, uel si defendere uult terram ab hostibus, potest absolui, arg. xxxiii. q.ii. In adolescentia.[15] jo. *absolutionis*: Tamen quandoque absolutum a delegato excommunicat ordinarius, ut supra eodem, Significauit, lib. ii.[16] *ac honore*: simile supra de offic. del. Quoniam.[17] *possessor*: Ex hoc uidetur quod aliquis post annum sit uerus possessor, et non ante, et infra de eo qui mit. in pos. c.i.[18] Item uidetur hic quod ad hoc ut post annum aliquis dicatur possessor, necessarium non sit secundum decretum, et infra ut lite non contest. Quoniam.[19] Arg. contra infra de eo qui mit. in pos. c.i.[20] et ff. de acquir. pos. Possideri § ult.[21] et ff. de dampn. infec. Si finita § Si quis autem et § sequenti et § Iulianus.[22] Quid de hoc iuris sit dixi in constitutione, Sepe.[23] jo. *coram publicis*: simile infra de cleric. non resid. Ex tue,[24] supra qui fil. sint leg. Causam[25] et xvi. q.iii. § Potest.[26] *interrumpat*: Set usque ad quod tempus poterit postea petere possessionem? Dico quod usque ad xl. secundum iura canonica. Vel dic quod usque ad xxx. annos tantum, quia sola litis contestatio perpetuat actionem usque ad xl. annos, ut C. de prescript. xxx. annorum Cum notissimi.[27] Set numquid secundum iura nostra potest talis prescribere ex quo iam habet uel habere debet conscientiam lesam? Secundum iura ciuilia constat quod in hoc casu talis possessor etiam usucapit, licet sciat rem alienam, ut ff. de noxal. Et generaliter.[28] Credo quod si alias non habet conscientiam lesam nisi quod res fuit in iudicium deducta cum habeat titulum, idest auctoritatem iudicis, bene prescribit. De illa materia satis dixi in illa constitutione, Quoniam.[29] Et sicut hic interrumpitur prescriptio annalis in possessione, similiter et in excommunicatione ut in hoc casu possit petere post annum absolutionem ab

---

24-25 contrarium dicunt *tr.* PCVc FLLu 25 Nullus] primas *add.* PCVc FLLu jo. *om.* PCVc FLLu 26 hostibus] hospitibus PC^{ac}Vc F^{ac} 27 jo. *om.* PCVc FLLu 31 hic *om.* Vc F 32 ut *om.* F^{ac}L^{ac}Lu 33 contra *om.* Vc^{ac} FL 36 sit] plene *add.* PCVc FLLu constitutione] Innocentii *add.* PCVc FLLu jo. *om.* Pr PC^{ac}Vc FLLu 39 petere] repetere FLLu 40 xxx. A^{pc} CV^{c} FLLu : xl. A^{ac}Pr AbMd, xlx. P 43 iam] non F^{pc}LLu 49 annualis Vc FLLu, annialis C^{ac}

---

[13] 3 Comp. 2.17.7 (X 2.26.17) [14] C.9 q.3 c.7 [15] C.33 q.2 c.14 [16] 2 Comp. 1.14.2 (X 1.31.6) [17] 1 Comp. 1.21.19 (X 1.29.14) [18] 3 Comp. 2.8.1 (X–) [19] 3 Comp. 2.3.5 (X 2.6.5) [20] 3 Comp. 2.8.1 (X–) [21] Dig. 41.2.3.23 [22] Dig. 39.2.15.20, 21 et 16 [23] 4 conc. Lat. c.39 (4 Comp. 2.3.3 [X 2.13.18]) [24] 3 Comp. 3.4.3 (X 3.4.11) [25] 1 Comp. 4.18.7 (X 4.17.7) [26] C.16 q.3 p.c.7 [27] Cod. 7.39.7 [28] Dig. 9.4.28 [29] 4 conc. Lat. c.9 (4 Comp. 1.13.2 [X 1.31.14])

excommunicatore, nec perdet causam, ut dicitur xi. q.iii. Rursus.[30] jo. *post annum*: simile supra de eo qui mit. in pos. Cum sicut, lib. ii.[31]

6. LICET *interclusum*: ut supra de appell. Ad nostram et c. Reprehensibilis,[1] supra de appell. De priore, lib. ii.[2] Nec obstat supra eodem, Nos inter, lib. i.[3] quia ibi non loquitur de correctione, set de expurgatione; et hec uera sunt, nisi corrigens modum excedat, ut supra de sent. excomm. Vniuersitatis[4] et ii. q.vi. Ab executore.[5] Item intelligas istud de nothoriis excessibus, infra de uerb. sign. Cum olim.[6] jo. *nec esse debuit*: ne inde iniurie procedant, unde iura nascuntur, simile supra de consue. Cum olim, in fine[7] et infra titulo proximo, Inter,[8] C. de emancip. Nec auus.[9] *mandati auctoritati*: Quia per generale mandatum non sit aliquis delegatus, habes supra de rescript. Ad hoc, lib. ii.[10] Non enim fuit iste delegatus ad uniuersitatem causarum. *fuerit appellatum*: Et sic appellatur in inquisitione sicut et a correctione cum quis grauatur, supra de sent. excomm. Vniuersitatis, lib. ii.[11] et ii. q.vi. Ab executore,[12] supra de appell. Reprehensibilis, in fine.[13]

21. DE MAIORITATE ET OBEDIENTIA

1. ILLVD DOMINVS *quod multa*: que illa sint dixi supra de offic. leg. c.ii.[1] *in utilitatem*: xvi. q.i. Cum pro utilitate.[2] *digniora*: quoad quid, nam spiritualia sine temporalibus idem est quod corpus sine anima,

---

51 jo. *om.* PC^{ac}Vc FLLu

6 2 eodem] purgat. canon. Ideo FL^{ac}Lu (1 Comp. 5.29.7 [X 5.34.6]) 3 de^{2} *om.* FL^{ac}Lu 6 jo. *om.* PC^{ac}Vc FLLu ne] nec F^{ac}L^{ac} 7 nascantur LLu 8 Inter *scripsi cum* C^{pc} : Intra *codd.* emancip.] mancip. PCVc FLLu 9 non sit *om.* FL^{ac}Lu aliquis] quis PCVc FLLu 10 habes *om.* PCVc FL habes – delegatus *om.* Lu (*homoiotel.*) hoc] hec APr, sumus *add.* PCVc FL, *om.* F^{ac}L^{ac} 11 in *om.* FL^{ac}Lu 13 executore] excutore (*sic*) A, executione Vc F, excommunicatione Lu

21.1 1-2 *gl. s.v.* 'Illud dominus' A 1 sunt PCVc FLLu 3 temporalibus] temporibus L^{ac}Lu

